Ad p̄^m **Ad primū** ergo dōm q̄ auctoritas illa ē intelligenda nō de numero predestinatoꝝ: sed de numero eoꝝ qui sunt in statu p̄ntis iustitie: qd̄ p3 ex glo. interline. Que ibi dicit. nūero etiā nūerato. numerus aūt iste ⁊ augeī ⁊ minuií: q̄uis etiā p̄finitio dei: que etia3 istū numeru3 prediffiniuit nunq̄ fallaī. diffiniuit eni3 q̄ vno t̄pe sint plures: alio pauciores: vel etiā diffiniuit per modū sententie aliquē certū numeꝝ s̄m rōnes inferiores cōuenietē: que diffinitio mutari pōt: sed p̄diffiniuit aliū per modū cōsilij s̄3 rōnes supiores: ⁊ hec diffinitio inuariabilis ē: q2 dicit Grego. mutat s̄niam s̄3 nō
cōsiliu3. ¶ Ad 2^m dōm q̄ nulla p̄paratio disponit aliq̄d ad habendā aliquā p̄fectionē nisi suo tēpore: sicut nālis 2^m
cōplexio disponit puerum ad hoc q̄ sit fortis vel sapiēs: non quidē tēpore pueritie sed t̄pe perfecte etatis. T̄pus aūt habendi gratiā est simul cū t̄pe p̄parationis nature. vnde nō pōt inter vtrūq3 aliq̄d impedimētū itercidere. Et sic in quocūq3 inueniī p̄paratio nature inueniī ⁊ gr̄a. Sed tēpus habēdi gloriā nō ē sil' cū tēpore gratie. vnde inter vtrūq3 pōt mediū ipedimentū intercidere: ⁊ pp̄ h̄ nō ē necessariū q̄ prescitus qui h3 gratiā sit habitur⁹ glo
riam. ¶ Ad 3^m dōm q̄ non ē neq3 ex defectu gratie neq3 3^m
ex defectu dantis gloriā: q̄ habēs gratiā gloria priueí: s3 ex defectu recipientis in quo impedimentū interuenit.
¶ Ad 4^m dōm q̄ ex hoc ipso q̄ poniī aliquis esse p̄scit⁹ 4^m
poniī nō habiturus finalē gr̄am: cum cognitio dei feraī super res futuras: sicut sup p̄ntia vt alibi dictū est. Et iō sicuti hoc qd̄ est nō esse habiturū finalē gr̄am est icōpossibile ei qd̄ est esse p̄destinatū: q̄uis sit in se possibile: ita esse habiturū finalē gr̄am ē incōpossibile ei qd̄ ē esse prescitum: q̄uis in se sit possibile. ¶ Ad 5^m dōm q̄ nō ē de 5^m
fectus ex dina scia q̄ tale scitum a deo nō sit necessariu3 simplr̄: s3 est defectus ex cā ꝓxima. Eternitatē aūt vt sit sine p̄ncipio ⁊ sine fine siue durāo in medio h3 predicta necessitas ex dina scia que ē eterna: nō ex cā ꝓxima que
est t̄palis ⁊ mutabilis: ⁊ iō nō est simplr̄ necc̄ia. ¶ Ad 6^m 6^m
dōm q̄ q̄uis de rōne finiti nūeri nō sit q̄n possit esse aliquis maior. tn̄ h̄ pōt esse ex aliquo alio. s. ex imobilitate dine p̄scie vt in ꝓposito appet: sicut q̄ aliq̄ q̄titate in rebus nālib⁹ accepta nō possit alia maior iueniri: nō est
ex rōne q̄titatis: s3 ex rōne rei nālis. ¶ Ad 7^m dō3 q̄ bo 7^m
nitas dina nō cōicat seipsa3 nisi s̄m ordinē sapiētie. hic ē eni3 optim⁹ cōicandi modus. ordo aūt dine sapie regrit vt oia sint facta in nūero ⁊ pōdere ⁊ mēsura: vt dī Sap.
9. Et iō cōuenit diuine bonitati vt sit certus p̄destinato
rū numerus. ¶ Ad 8^m dō3 q̄ sicut ex dictis p3: q̄uis de 8^m
quolibet absolute cōcedi posset q̄ de⁹ pōt eū p̄destinare vel nō p̄destinare: tn̄ supposito q̄ p̄destinauerit non pōt nō p̄destinare vel ecōuerso. q2 nō pōt esse mutabilis. Et ideo diciī cōiter q̄ hec: de⁹ pōt nō p̄destinatū predestinare: vel p̄destinatū nō p̄destinare: in sensu ꝯposito ē falsa: in diuiso vera. Et iō oēs locutiones ille que sensu3 cōpositum iplicant sunt false simplr̄. vn̄ nō est cōcedendū q̄ numero p̄destinatoꝝ possit fieri additio vel subtractio: q2 additio p̄supponit illud cui fit additio: ⁊ subtractio illud a quo subtrahií: ⁊ eadē rōne nō pōt concedi q̄ deus possit plures p̄destinare q̄ p̄destinet vel pauciores. nec ē simile qd̄ inducií de factione: q2 factio est actus q̄dam qui terminaī ad effectū exteriorē. Et ideo q̄ deus facit p̄mo ⁊ post nō facit aliq̄d nō ostendit aliquā mutationē in ipso. sed in effectu solū. Sed p̄destinatio ⁊ p̄scientia ⁊ hu͛ sunt actus intrinseci in quibus nō posset esse variatio sine mutatione dei: ⁊ ideo nihil qd̄ ad variationē horu3
actuum pertineat concedi debet. ¶ Ad 9^m autē ⁊ 10^m p3 9^m ⁊ 10^m
responsio per hoc q̄ ꝓcedunt de potētia absoluta nō facta aliqua presuppositione. ¶ Ad xi^m dōm q̄ glosa illa xi^m
intelligenda est q̄ nō intrāt tot de iudeis quot sunt oēs

qui preordinati sunt ad vitam. q2 nõ soli iudei sunt pde-
stinati. vel põt dici ꝙ nõ loquit̃ de pordinatione pdesti-
nationis: sed pparationis qua per legez disponebant̃ ad
vitam. Uel põt dici ꝙ nõ intrauerunt in pmitiua eccle-
sia tot: quia cum plenitudo gentiũ intrauerit: tũc omnis
israel saluus fiet in ecclesia finali.

pm Quinto querit̃. vtruz pdestinatis sit cer-
ta sua pdestinatio. Et videtur ꝙ
sic. q2 vt dicit̃ pme Jo. 3. vnctio docet nos de
oibus: ꝛ intelligit̃ de oibus pertinẽtibꝰ ad sa-
lutem: sed pdestinatio maxime ptinet ad sa-
lutem: q2 est cã salutis. ergo per vnctionẽ receptam: oẽs
2m hoies certi reddunt̃ de sua pdestinatiõe. g̊ ꝛc. ¶ P̃. diui-
ne bonitati cõuenit cuꝰ est oia optimo mõ facere vt ho-
mines optimo mõ ducat ad pmiũ: sed optimꝰ modus vi-
det̃ vt vnusqsq3 sit certꝰ de suo premio. ergo vnusquisq3
certus reddit̃ ꝙ ad pmiũ pueniet qui illuc est pueturꝰ:
3m ꝛ sic idem qð prius. ¶ P̃. dux exercitus oẽs quos ascribit
ad meritũ pugne ascribit etiã ad pmiũ: vt sicut sunt cer-
ti de merito: sic sint certi de pmio: sed hoies certi sunt ꝙ
sunt in statu merendi. g̊ ꝛ certi sunt ꝙ ad pmiũ puenient.

Sed cõtra ecclesiast. 9. Nemo scit vtrum odio vel
amore dignus sit.

R. Respõdeo dicẽdũ ꝙ nõ est deo incõueniens alicui
suam pdestinationẽ reuelare. S3 sm
legem cõem nõ est cõueniẽs vt oibꝰ reuelet̃ duplici rõe.
Quarũ pma põt sumi ex parte eorũ qui nõ sunt pdestina
ti. Si enĩ oibus pdestinatis sua pdestinatio nota eẽt: tũc
omnibꝰ nõ pdestinatis certuz esset se pdestinatos nõ eẽ:
ex hoc ꝙ se pdestiatos nescirent: ꝛ hoc quodãmõ eos in
desperationẽ induceret. Scða rõ põt sumi ex pte pdesti
natorũ. Securitas. n. negligẽtiã parit. Si aũt certi eẽnt
de sua pdestinatiõe securi eẽnt de sua salute: ꝛ iõ nõ tan-
tam sollicitudinẽ ponerent ad vitanda peccata. Et pp h
a diuina puidentia salubriter e st ordinatũ: vt hoies suã
pdestinationẽ vel reprobationẽ ignorent.

Ad pm Ad primuz dicẽdũ ꝙ cum dicit̃ ꝙ vnctio ꝛc. intel
ligẽdũ est de illis quoꝝ cognitio ad
salutẽ ptinet: nõ de oibus que sm se ad salutem ptinent.
Cognitio aũt pdestinatiõis nõ est necessaria ad salutẽ: ꝛ
2m si pdestinatio sit necessaria. ¶ Ad 2m dicẽdũ ꝙ nõ esset cõ-
ueniẽs modus dandi pmiũ certificare de pmio habẽdo
certitudine absoluta. S3 cõueniẽs modus est vt illi cui
pmiũ pparat̃ det̃ certitudo cõditiõata. h est qð pueniet
nisi ex seipso deficiat: ꝛ talis certitudo vnicuiq3 pdestina
3m to p virtutẽ spei infundit̃. ¶ Ad 3m dicẽdũ ꝙ h nõ põt ali-
cui per certitudinẽ eẽ notũ vtrũ sit i statu merẽdi: q̃uis
ex aliqbus cõiecturis h possit pbabilr̃ existimare. habi
tus. n. nũq3 cognoscit̃ nisi p actꝰ. Actꝰ aũt virtutũ gratui
tarũ maximã similitudinẽ hñt cum actibꝰ virtutũ acqsita-
ruz: vt nõ possit de facili per hõs actꝰ de grã certitudo ha-
beri: nisi forte ex reuelatiõe certificet̃ aliquis ex spãli p-
uilegio. Et preterea in pugna seculari ille q est a duce exer
citus ad pugnã ascriptus nõ certificat̃ de pmio nisi cõdi-
tionalr̃: q2 nõ coronabit̃ nisi qui legittime certauerit.

pm Sexto querit̃. vtrũ pdestinatio possit iu-
uari pcibꝰ sanctoꝝ. ¶ Et vr̃ ꝙ nõ.
q2 eiusdẽ est adiuuari ꝛ ipediri: sed pdestina-
tio non põt ipediri aliquo. ergo nec adiuuari.
2m ¶ P̃. illud quo posito vl̃ remoto nihilominꝰ
alterũ h3 suũ effcm̃ nõ iuuat ipm̃: sed pdestinatio op3 ꝙ
suũ effectũ habeat cũ falli nõ possit siue orõ fiat siue nõ.
3m ergo pdestinatio orõnibꝰ nõ iuuat̃. ¶ P̃. nullũ eternum
pcedit̃ ab aliquo tpali: sed orõ est tpalis: pdestinatio aũt
est eterna. g̊ pdestinationẽ orõ pcedere non põt: ꝛ ita nec
adiuuare. ¶ P̃. mẽbra corporis mystici gerũt in se simi- 4m
tudinẽ mẽbroꝝ corporis nãlis. vt p3. i. Cor. 12. S3 vnuz
mẽbrũ in corpore nãli nõ acquirit pfectionẽ sibi debitã
nec suam per alteꝝ. g̊ nec in corpore mystico: sed mẽbra
corporis mystici maxie pficiunt̃ per pdestinatiõis effe-
ctus. g̊ vnꝰ hõ non iuuat̃ ad effectꝰ predestinationis con
sequendos precibus alterius.

Sed contra est qð dicit̃ Geñ. 25. ꝙ ysaac rogauit 3. p.
dñm pro rebecca vxore sua ꝛc. ꝛ de-
dit cõceptũ rebecce: ꝛ ex illo cõceptu natus ẽ Jacob qui
ab eterno pdestinatus fuerat: nec vnq3 fuisset pdestina-
tio ipleta nisi natꝰ fuisset. ergo orõne Jsaac ẽ ipetratuz. g̊
orationibꝰ pdestinatio iuuat̃. ¶ P̃. in quodã sermõe de 2.
cõuersione sancti Pauli q̃si legit ex psona dñi dicẽtis ad
paulũ: nisi stephanꝰ seruus meꝰ orasset pro te disposui in
mẽte mea pdere te. ergo orõ stephani paulu3 a reproba-
tione liberauit. ergo ꝛ per eã est pdestinatus: ꝛ sic idẽ qð
prius. ¶ P̃. aliquis põt alij mereri pmã grãz. ergo eadẽ 3.
rõne ꝛ finalez. sed quicũq3 gratiã finalẽ h3 ẽ pdestinatꝰ.
ergo aliqs põt iuuari precibꝰ alterius ad hoc ꝙ sit prede
stinatus. ¶ P̃. Grego. orauit pro traiano ꝛ eu3 ab iferno 4.
liberauit: vt Dam. narrat in quodã sermõe de mortuis:
ꝛ ita videt̃ ꝙ liberatus sit a societate reproboꝝ orõnibꝰ
Greg. ꝛ sic idẽ qð prius. ¶ P̃. mẽbra corporis mystici sũt 5.
similia mẽbris corpis nãlis: sed mẽbrũ vnũ iuuat̃ p alterũ
in corpore nãli. g̊ ẽt in corpe mystico: ꝛ sic idẽ qð prius.

Rñdeo dicẽdũ ꝙ pdestinationẽ iuuari precibꝰ scõrũ R.
duplr̃ põt intelligi. videl3 vno modo ꝙ orõ-
nes sanctoꝝ iuuẽt ad hoc ꝙ aliquis pdestinet̃: ꝛ hoc nõ
põt esse veꝝ: neq3 de orõnibꝰ sm ꝙ in ppria nã existũt:
q2 tpales sunt: predestinatio aũt eterna: neq3 etia3 sm ꝙ
exñt in prescia dei: q2 prescia meritoꝝ vel ppriozuz vel
alioꝝ nõ est cã pdestinatiõis vt supra dictuz ẽ. Alioꝰ põt
intelligi predestinationẽ precibꝰ scõrum posse iuuari: ꝙ
orõ iuuet ad cõsequendũ pdestinatiõis effcm̃: sicut aliqs
iuuat̃ instrõ quo suũ opꝰ pficit: ꝛ sic est inqsitio de hac. q.
ab oibus qui dei puidentiã circa res hũanas posuerunt:
sed diuersimode ẽ ab eis determinatũ. ¶ Quidã. n. attẽ- Opio epi
dentes imobilitatẽ diue ordinatiõis posuerũt ꝙ orõ vel cureorũ
sacrificiũ vel hõi in nullo pdesse põt. Et hec dicit̃ fuisse
epicureoꝝ opio: qui oia imobilr̃ veñre dicebãt ex dispõ-
ne supioꝝ corpoꝝ q̃ deos noiabant. ¶ Alij aũt dicebãt Opinio
ꝙ sm h sacrificia ꝛ orõnes valẽt: q2 p hõs mutat̃ pordina stoicorũ
tio eoꝝ ad q̃s ptinet disponere de actibꝰ hũanis. Et hec
dr̃ fuisse opio stoicoꝝ q ponebãt res oẽs regi qbusdã spi-
ritibꝰ quos deos vocabãt: ꝛ cũ ab eis eẽt pdefinitũ orõ-
nibꝰ ꝛ sacrificijs poterat obtieri ꝙ talis dfiniꝰ mutaret̃
placatis deoꝝ aĩs vt dicebãt. ¶ Et in istã sniaz q̃si vr̃ in- Opinio
cidisse Auic. qui in fine sue meta. ponit ꝙ oia q̃ agunt̃ in Auic.
rebꝰ hũanis: quoꝝ pnm ẽ volũtas hũana reducũt̃ in aiaꝝ
celestiũ volũtates. ponit. n. corpora celestia eẽ aiata: ꝛ sicut
corpꝰ celeste h3 influẽtiã sup corpus hũanuz: ita aie cele-
stes sm eũ hñt influẽtiaz sup aias hũanas: ꝛ ꝙ ad imagi
nationẽ eaꝝ sequunt̃ oia que in his iferiozibꝰ eueniunt.
Et iõ sacrificia ꝛ orõnes valẽt sm eũ ad h vt hõi aie cõci
piãt ea q̃ nobis volumꝰ euenire. ¶ S3 iste põnes a fide Repro-
sũt aliene: eo ꝙ pa positio tollit libertatẽ arbitrij. 2a autẽ baꝰ op. p
tollit pdestinatiõis certitudinẽ. ¶ Et iõ ẽ alr̃ dicẽdu3. s. ꝙ p- missaꝝ.
destiatio diua nũq3 mutat̃. s3 tñ orõnes ꝛ alia opa bona deteriaꝰ
valẽt ad cõsequẽdũ pdestinatiõis effcm̃. Jn qlib3. n. ordi ppria
ne cãrũ attẽdẽdus ẽ non solũ ordo pe cãe ad effcm̃: sed ẽt
ordo scðe cãe ad effcm̃: ꝛ ordo ẽt cãe pme ad scðam: q2 cã
scða nõ ordinat̃ ad effcm̃ nisi ex ordinatiõe cãe pme. Cã
aũt pma dat scðe ꝙ ifluat sup cãtũ suũ: vt p3 in li. de cau
sis. Dico igit̃ ꝙ pdestiatiõis effectꝰ ẽ salus hũana q̃ a deo

ꝓcedit sicut a cã ꝑma: sed ei⁹ pñt esse multe cãe alie ꝓxi
me q̃si instr̃ales q̃ sunt ordinate a dina ꝑdestinatõe ad sa
luté hũanã: sicut instr̃a applicant̃ ab artifice ad effcm̃ ar
tis explendũ. vñ sicut ꝑdestinatiõis dine ẽ effect⁹ ꝙ iste
saluet̃: ita ꝛ ꝙ per orones tales vl̃ merita talia saluet̃. Et
hoc ẽt Grego. dicit in. i. lib⁹. dial. ꝙ ea que sancti viri orã
do efficiũt ita ꝑdestinata sunt vt ꝑcib⁹ obtineant̃. ꝑꝑ qḋ
vt dicit Boeti⁹ in li⁹. 5. de cõso. Preces cũ recte sunt icffi
caces esse non possunt.

Ad p̃ᵐ **Ad primũ** dõm ꝙ nihil ẽ ꝙ ordiné ꝑdestinatiõis
possit infringere: ꝛ iõ ipediri nõ põt: sed multa sũt q̃ ordi
ni ꝑdestinatiõis subiacent vt cãe medie: ꝛ ista sunt q̃ dñr
2ᵐ iuuare ꝑdestinationé mõ ꝑdicto. ¶ Ad 2ᵐ dõz ꝙ ex quo
ꝑscitũ est ꝙ talis oronib⁹ talib⁹ saluet̃ nõ pñt orones re
moueri nisi ꝑdestinatõe remota: sicut nec salus hũana q̃
3ᵐ est ꝑdestinatiõis effect⁹. ¶ Ad 3ᵐ dõm ꝙ rõ illa ꝓcedit
ꝙ oro nõ iuuet ꝑdestiationé q̃si cã: ꝛ hoc concedédũ est.
4ᵐ ¶ Ad 4ᵐ dõm ꝙ effect⁹ ꝑdestinatiõis q̃ sunt grã ꝛ glĩa
nõ se hñt per modũ ꝑfectiõis ꝑme: s3 per modũ ꝑfectõis
scḋe: mẽbra aũt corporis nãlis: q̃uis nõ iuuent̃ abinuicé
in ꝑfectiõib⁹ ꝑmis cõsequẽdis: iuuant̃ tñ adinuicé q̃tũ
ad ꝑfectões scḋas: ꝛ est etiã aliqḋ mẽbruz in corꝑe: qḋ p⁹
formatũ iuuat ad formationem aliorum mẽbrorũ. s. cor.
vnde ratio procedit ex falso.

Ad p̃ᵐ in 2rius **Primũ** aũt in 2rium cõcedim⁹. ¶ Ad 2ᵐ dõm ꝙ
paulus nunq̃ fuit reprobat⁹ fm dispõnez
: 2ᵐ diuini cõsilij: qḋ ẽ imutabile: s3 solũ f3 dispõné dine fnie
que accipit̃ fm iferiores cãs: que q̃q3 mutãt̃. vñ nõ seq
tur ꝙ oro fuerit cã ꝑdestiatiõis: s3 ꝙ iuuerit solũ ad ꝑde
3ᵐ stinatiõis effcm̃. ¶ Ad 3ᵐ dõm ꝙ q̃uis ꝑdestinatio ꝛ fi
nalis grã 2uertant̃: nõ tñ oz ꝙ q̃cq̃d ẽ cã grẽ finalis quo
4ᵐ cũq3 mõ sit etiã cã ꝑdestinatiõis: sic p3 ex ꝑdictis. ¶ Ad
4ᵐ dõz ꝙ q̃uis traian⁹ eẽt in loco reproboꝝ: nõ tñ erat
simpliciter reprobatus. predestinatũ enim erat ꝙ preci
bus Grego. saluaret̃. ¶ Quintũ concedimus.

¶ De libro vite. p⁹ vtr̃ lib vite sit aliqd creatũ. 2⁹ vtrũ
lib vite dicat̃ eẽntialr̃ vel ꝑsonalr̃ in dinis. 3⁹ vtr̃ lib vi
te approꝑet̃ filio. 4⁹ vtr̃ lib vite sit idẽ qḋ ꝑdestiatio. 5⁹
vtr̃ lib vite dicat̃ respectu vite increate. 6⁹ vtr̃ lib vite
dicat̃ respectu vite nãe in creaturis. 7⁹ vtr̃ lib vite dica
tur simplr̃ respectu vite gratie. 8⁹ vtrum posset dici lib
mortis: sicut liber vite. Questio. VII.

Questio est de lib⁹ vite. Et p⁹ querit̃.
vtr̃ liber vite sit aliqd crea
p̃ᵐ tuz. ¶ Et vr̃ ꝙ sic. q2 Apoc. 20. Sup illḋ.
Ali⁹ liber apert⁹ ẽ qui est liber vite. dicit
glo. i. Xp̃s q̃ tunc apparebit potẽs ꝛ suis da
bit vitã: s3 xp̃s in iudicio in forma hũana
erit: q̃ nõ ẽ aliqd icreatũ. q̃ liber vite nihil
2ᵐ increatũ dicit. ¶ P̃. Greg. in moralib⁹ dicit ꝙ liber vite
dr̃ ipse iudex vẽtur⁹: q2 q̃squis eũ viderit mox cuncta q̃
fecit ad memoriã reuocabit: s3 xp̃o datũ ẽ iudiciũ f3 hu
manã nãm: vt p3 Jo. 5. ꝑtẽtem dedit ei iudiciũ facere: q2
filius hoĩs est. q̃ xp̃s fm humanã nãm est liber vite. ꝛ sic
3ᵐ idez qḋ ꝑus. ¶ P̃. liber dr̃ ex h̃ qḋ ẽ receptiu⁹ scripture:
sed receptiuũ dr̃ aliqd ex potẽtia mãli que in deo eẽ nõ
4ᵐ põt. q̃ liber vite nõ dr̃ aliqd increatũ. ¶ P̃. liber cũ ipor
tet q̃dã collectioné designat distictioné ꝛ dr̃ia3: s3 in nã
increata q̃ ẽ simplicissima nulla diuersitas inuenit̃. igit̃
5ᵐ liber ibi dici nõ põt. ¶ P̃. in quolz li⁹ differt scriptura li
bri ab ipso li⁹: scriptura aũt libri dñr figure q̃b⁹ cognosci
mus que in li⁹ scripte sunt ꝛ legunt̃. ydee aũt q̃b⁹ de⁹ res
cognoscit nõ sunt aliud q̃3 dina eẽntia. q̃ ipsa nã increata
liber dici nõ põt. ¶ S3 dice. ꝙ q̃uis in nã diuina nõ sit
6ᵐ aliq̃ realis dr̃ia est tñ ibi aliq̃ dr̃ia fm rõné. ¶ S3 2. qḋ
est fm rõné solũz ẽ in itellcu nostro tm̃. si igit̃ dr̃ia quã li
ber reqrit est solũ fm rõné: oz ꝙ sit tm̃ in itellectu nr̃o li
ber vite: ꝛ ita nõ erit qd increatũ. ¶ P̃. liber vite vr̃ esse 7ᵐ
cognitio dina de saluandis. cognitio aũt saluandoꝝ sub
scia visiõis cõtinet̃. cũ. n. aĩa xp̃i oĩa in verbo videat que
de⁹ cognoscit scia visionis: videt̃ etiã ꝙ nũerũ electorũ
cognoscat ꝛ oẽs electos. q̃ aĩa xp̃i liber vite dici põt: ꝛ sic
est aliqd creatuz. ¶ P̃. eccl. 23. dicit̃. Hec oĩa liber vite. 8ᵐ
glo. i. nouũ ꝛ vet⁹ testamẽtũ. sed hec sunt qd creatũ. ergo
liber vite dicit̃ qd creatuz. ¶ P̃. liber vr̃ ex eo dici ꝙ in 9ᵐ
eo est aliqd scriptũ: scriptura aũt aliquã difformitaté re
quirit. vñ ꝛ intellect⁹ noster in sui ꝑn⁹ ꝑꝑ sui puritaté cõ
parat̃ tabule in q̃ nihil est scriptũ: s3 dina natura multo
est purior ꝛ simplicior q̃3 intellect⁹ noster. q̃ non põt dici
liber. ¶ P̃. liber est ad hoc ꝙ in eo legat̃: sed nõ põt dici 10ᵐ
ꝙ dina natura sit liber: q2 ipse in seipso legat: vt per Aug.
p3. qui dicit ꝙ nõ dr̃ iõ liber vite: q2 aliqd in seipso legat
ad hoc ꝙ cognoscat in se que ꝑus nesciuit. silr̃ nec põt di
ci liber q2 alius in eo legat. Nullus. n. põt legere aliquid
nisi vbi iuenit̃ aliq̃ difformitas: sicut in carta nõ scripta
nihil legit̃ ꝑꝑ sui vniformitaté. q̃ dina nã increata liber
dici nõ põt. ¶ P̃. a libro nõ accipit̃ cognitio d reb⁹ tãq̃ 11ᵐ
a cã reꝝ: sed tanq̃ a signo: sed in deo accipit̃ scia de reb⁹
nõ q̃si a signo: sed q̃si a cã. q̃ liber vite dina cognitio dici
nõ põt. ¶ P̃. nihil est signũ suipsi⁹: liber aũt est signum 12ᵐ
ipsi⁹ veritatis. cũ ergo de⁹ sit ipsa veritas: nõ põt ipemet
liber dici. ¶ P̃. alio mõ ẽ scie ꝑnᵐ liber q̃3 magister: sed 13ᵐ
oĩs sapia dr̃ esse a deo tãq̃ a magr̃o. nõ q̃ q̃si a lib⁹. ¶ P̃. 14ᵐ
alio mõ pñtat̃ res in speculo q̃3 in li⁹: sed de⁹ dicit̃ speculũ
Sap. 7. ꝓpter hoc ꝙ res oẽs repñtant̃ in ipso. q̃ nõ oz di
ci liber. ¶ P̃. ab vno libro originali ẽt qui trãscribunt̃ 15ᵐ
libri dñr: sed mẽtes hũane ꝛ angelice quodãmõ trãscri
bunt̃ a mẽte dina dũ ab ea cognitioné de reb⁹ accipiũt:
si ergo mens dina liber vite dicitur: ꝛ mẽtes create libri
debét dici: ꝛ sic liber vite nõ semꝑ dic̃ qd increatũ. ¶ P̃. 16ᵐ
liber vite vr̃ iportare repñtationé vite ꝛ quãdã cãli
taté ad vitã: sed hoc totũ 2uenit xp̃o fm ꝙ hõ: q2 etiã in
ipso sicut in exẽplari repñtat̃ oĩs vita gratie ꝛ glĩe: vt di
ctum ẽ Moy. Exo. 25. Uade ꝛ fac oĩa fm exẽplar qḋ tibi
in mõte mõstratũ est. silr̃ ipse nobis vitã ꝓmeruit. ergo
ipse fm ꝙ homo põt dici liber vite.

Sed contra est qḋ dicit Augu. in. 20. de ciui. dei. 2.p.
vis q̃dã intelligẽda ẽ dina qua fiet
vt cuiq3 oꝑa sua vel bona vel mala ad memoriã reuocẽ
tur: que nimirũ vis dina libri nomé accepit: s3 vis dina ẽ
qd increatũ. q̃ liber vite dicit qd icreatũ. ¶ P̃. Augu. in 2.
eodẽ dicit ꝙ liber vite est ꝑscia dina q̃ falli non põt: sed
ꝑscientia est quid increatũ. igit̃ ꝛc̃.

Respondeo dõz ꝙ liber in dinis nõ põt dici nisi B.
metaphorice: vt ipsa repñtatio vite
liber vite dicat̃. Et ad hoc sciẽdũ ꝙ vita duplr̃ repñtari
põt. Uno⁹ ipsa vita fm se. Alio⁹ fm ꝙ ab aliq̃b⁹ ꝑticipa
bilis est. vita aũt fm seipam repñtari põt duplr̃. Uno⁹ ꝑ
modũ doctrine: q̃ qdẽ repñtatio maxime ꝑtinet ad audi
tuz qui est maxie sensus discipline: vt dicit̃ in ꝑn⁹ de sen
su ꝛ sensato. Et h̃ mõ liber vite dr̃ in quo cõtinet̃ doctria
de vita cõsequẽda: ꝛ sic nouũ ꝛ vet⁹ testm̃ liber vite dñr.
Alio⁹ per modũ exẽplaris. ꝛ hec qdẽ repñtatio ꝑtinet ad
visum. Et sic liber vite dr̃ ipse xp̃s: q2 in eo sicut in exem
plari possum⁹ ꝑspicere q̃lr̃ sit viuẽdũ vt ꝑueniam⁹ ad vi
tam eternã. Sic aũt nũc nõ agim⁹ de li⁹ vite: sed fm ꝙ li
ber vite dr̃ repñtatio coꝝ q̃ ad vitã ꝑuenient q̃ dñr in li⁹
vite cõscripti fm quãdã silitudiné ad res hũanas. In q̃
libet eni multitudine q̃ ꝓuidẽtia regit̃ alicui⁹ gubernã
tio ad multitudiné illã nullus admittit̃ nisi f3 gubernã

tis ordinationē: ꝛ iō illi q debēt admitti ad collegiū mul
titudinis ꝯscribant̄ q̄si illi⁹ multitudinis ꝯsortes: ꝛ ex il
la ꝯscriptiōe dirigit̄ pnceps multitudis in admittendis
vel excludēdis ad ꝯsortiū illi⁹ multitudis sibi subiecte.
Multitudo aūt q̄ ꝯuenientissimo mō gubernat̄ est colle
giū ecclie triūphātis: q̄ ciuitas dei vocat̄ i scripturis. Et
ideo cōscriptio illoꝝ qui ad illā societatē sunt admitten
di siue repn̄tatio liber vite dr̄. qd̄ pꝫ ex mō loquēdi i scri
pturis: dr̄ enī Luc. io. Gaudete qꝛ noīa vr̄a scripta sūt in
celis. i. in li° vite. Et ysa. 4. sanctus vocabit̄ oīs q scrip⁹
fuerit in vita in hierusalē. Heb. iz. accessistis ad montez
syon ꝛ ciuitatē dei viuētis hierusalē celestē: ꝛ multorum
miliū angeloꝝ frequētiā: ꝛ eccliaꝫ pmitiuoꝝ q cōscripti
sunt in celis. oꝫ igit̄ vt silitudinē seq̄mur: vt ex hac ꝯscri
ptiōe dirigat̄ ad vitā cōferēdā ille qui tali multitudini
pest: qd̄ soli deo cōuenit. Ipse aūt nō dirigit̄ ab aliq̄ crea
to cuꝫ sit regula a nullo extrinseco directa. vn̄ liber vite
sm̄ ꝙ nūc de eo loqmur aliqd increatū dicit.

Ad p̄m ꝛ zm **Ad primū** q̄ ꝛ zm pꝫ rn̄sio ex dict̄. loquit̄ .n. glo.
ꝛ auctoritas Grego. de li° vite sꝫ aliā
acceptionē: sm̄ quā dicit̄ exēplar viuēdi: quo inspecto q
libet scire poterit in quo exēplari cōcordauerit: ꝛ in quo
3m discordauerit. ¶ Ad 3m dōm ꝙ in illis q̄ translatiue dn̄r
de deo hoc est generalr̄ obseruādū: ꝙ sꝫ nullā iperfectio
nē in diuinā p̄dicationē assumant̄: ꝛ iō auferēdū ē qcqd
ad mālitatē vel p̄uationē vel tpalitatez ptinet. ꝙ aūt sit
liber acceptiu⁹ alicui⁹ extranee ipressionis cōuenit lib°
inq̄ntū est tpalis ꝛ de nouo cōscriptus: ꝛ sꝫ h̄ in diuā p̄di
4m cationē nō venit. ¶ Ad 4m dōm ꝙ de rōne libri ē ꝙ im
portat diam coꝝ q̄ cognoscunt̄ p librū: qꝛ per vnū librū
multoꝝ cognitio tradit̄. Sꝫ ꝙ oporteat ad multorū co
gnitionē tradendā in ipso li° esse diuersitatē hoc ē ex de
fectu libri. Multo .n. esset liber pfectior si p vnū qddam
posset oīa edocere q̄ per multa edisseret. vn̄ cuꝫ in deo sit
sūma pfectio ipse talis liber ē qui multa demōstrat p id
5m qd̄ est maxīe vnū. ¶ Ad 5m dōm ꝙ hoc ē ex defectu libri
mālis ꝙ littere in eo scripte dn̄t a carta in q̄ scribunt̄.
hoc .n. ad eius cōpositionē ptinet: ex q̄ ꝯtingit vt hīs nō
sit id qd̄ habet̄. Et iō in deo h⁹ rōnes reꝝ nō dn̄t ab eēn
6m tia eius sm̄ rē: sed sm̄ rōnē tm̄. ¶ Ad 6m dōm ꝙ q̄uis di
uersitas inter scripturā ꝛ id in quo scribit̄ sit in rōne tm̄:
tn̄ repn̄tatio q̄ cōplet rōnē libri nō est tm̄ in rōne nr̄a sed
7m in deo: ꝛ iō liber vite sm̄ rē est in deo. ¶ Ad 7m dōm ꝙ
liber vite vt dcm̄ est hꝫ dirigere deū q dat vitā in hoc ꝙ
vitā det: q̄uis aūt aīa xp̄i hēat in se cognitionē oium sal
uandoꝝ: tn̄ ex hac cognitiōe non dirigit̄ de⁹: sꝫ ex cogni
tiōe intrinseca q̄ est ipse. vn̄ scia aīe xp̄i nō pōt dici liber
8m vite sm̄ ꝙ de eo his loqmur. ¶ Ad 8m pꝫ rn̄sio ex dcis.
9m ¶ Ad 9m dōm ꝙ q̄uis in deo nulla sit diuersitas sꝫ sum
ma puritas: tn̄ cōparat̄ li° scripto ꝛ nō tabule nō scripte
sicut intellect⁹ nr̄. Intellus .n. nr̄ sm̄ hoc cōparat̄ tabule
rase ꝙ est in potētia ad oēs formas intelligibiles ꝛ nulla
eaꝝ sit in actu: sꝫ in intellectu diuino sūt oēs forme rerū in
actu: ꝛ oēs in eo sunt vnū: ꝛ iō cū vniformitate stat ibi rō
iom scripture. ¶ Ad iom dōm ꝙ in lib° vite ꝛ ipse de⁹ legit ꝛ
alij legere pn̄t sm̄ ꝙ eis dat̄: nec Aug. remouere intēdit
qn de⁹ in li° vite legat: sed qꝛ h̄ mō nō legit vt cognoscat
que p̄us nesciuit. Alij ēt in eo legere pn̄t: q̄uis sit vnifor
mis per totū: inq̄ntū sm̄ vnū ꝛ idē est rō diuersoꝝ. ¶ Ad
xim xim dōm ꝙ silitudo rei ē duplex. vna est q̄ ē exēplaris: ꝛ
hec est cā rei. Alia q̄ est exēplata: ꝛ hec ē effect⁹ ꝛ signum
rei: liber aūt cōformat̄ apud nos sciē nr̄e q̄ ē cāta a reb⁹:
ꝛ iō ab eo accipit̄ cognitio de reb⁹ nō sicut a cā: sed sicut
a signo: sꝫ scia dei est cā reꝝ ꝯtinēs reꝝ silitudies exēpla
res: ꝛ iō a libro vite accipit̄ scia sicut a cā ꝛ nō sic a signo.

¶ Ad izm dōm ꝙ liber vite ꝛ ē ipsa vitas icreata: ꝛ ē sili izm
tudo veritatis create: sicut liber creat⁹ ē signū veritatis.
¶ Ad i3m dōm ꝙ in deo exēplaris cā ꝛ efficiēs incidunt i3m
in idē. Et iō ex hoc ꝙ est cā exēplaris pōt dici liber. ex h̄
aūt ꝙ est efficiēs cā sapie pōt dici magr̄. ¶ Ad i4m dōm i4m
ꝙ repn̄tatio speculi in hoc differt a repn̄tatione libri: ꝙ
repn̄tatio speculi imediate refert̄ ad res: sꝫ liber mediā
te cognitiōe. Cōtinent̄ .n. in li° figure q̄ sunt signa vocū:
q̄ sunt signa itellectuū: q̄ sunt silitudines reꝝ. In speculo
aūt ipse forme reꝝ resultāt. In deo aūt resultant vtroq̄
mō reꝝ spēs inq̄ntū ipse cognoscit res ꝛ cognoscit se cog
scere eas. ꝛ iō rō speculi ꝛ rō libri ibi iueniunt̄. ¶ Ad i5m i5m
dōꝫ ꝙ ēt mētes scōꝝ libri dici pn̄t: vt pꝫ Apoc. zo. Libri
apti sūt: qd̄ Aug. exponit de cōsciētijs iustoꝝ. non pn̄t tn̄
dici libri vite p modū p̄us dictuꝫ: vt ex dictis pꝫ. ¶ Ad i6m
i6m dōm ꝙ lꝫ xp̄us sm̄ ꝙ hō sit exēplar ꝛ cā vite aliquo
mō: nō tn̄ sꝫ ꝙ hō ē cā vite glīe p auctē: nec ē exēplar deū
dirigēs ad dādū vitā. vn̄ sm̄ ꝙ hō nō pōt dici liber vite.

Secundo querit̄. vtꝝ liber vite dicat̄
eēntialr̄ vel psonalr̄ in diui
nis. Et vr̄ ꝙ psonalr̄. In psal. n. dr̄. In capite li p̄m
bri ꝛc̄. glo. Apud patreꝫ q ē caput mei. sꝫ nihil
hꝫ caput in dinis nisi qd̄ hꝫ p̄nm: qd̄ aūt habet
p̄nm psonalr̄ dicit̄ in dinis. q̄ liber vite dr̄ psonalr̄. ¶ P̄. zm
sicut verbū dicit notitiā ex alio pcedētem: ita ꝛ liber: qꝛ
scriptura libri a scriptore pcedit: sed verbuꝫ rōne p̄dcā
dr̄ psonalr̄ in dinis. q̄ ꝛ liber vite. ¶ Sꝫ dice. ꝙ v̄bū im
portat pcessuꝫ realē: liber aūt pcessionē rōis tm̄. ¶ Sꝫ 3m
ꝯ. nos nō possumus noīare deū nisi ex his que apud nos
sūt: sed sicut apud nos v̄bū a platore pcedit realr̄ ꝛ disti
ctuꝫ ab eo: ita ꝛ liber a scriptore. q̄ eadē rōne vtrūq̄ ipor
tabit in dinis distinctionē realē. ¶ P̄. verbū vocis ma 4m
gis distat a dicēte q̄ v̄bū cordis: ꝛ adhuc magis verbuꝫ
scripture qd̄ significat v̄bū vocis. si q̄ verbū dinū qd̄ su
mit̄ ad silitudinē verbi cordis: vt Aug. dicit realr̄ distin
guit̄ a dicēte: multo magis lib q scripturā iportat. ¶ P̄. 5m
illud qd̄ attribuit̄ alicui: oꝫ ꝙ ei ꝯueniat sm̄ oīa q̄ sūt de
rōne ipsi⁹: sed de rōne libri nō soluꝫ ē ꝙ aliqd repn̄tet: sꝫ
ēt ꝙ ab aliq̄ scribat̄. q̄ in dinis accipit̄ nomē libri sm̄ ꝙ
ē ab alio: ꝛ sic psonalr̄ dr̄. ¶ P̄. sic de rōe libri ē ꝙ legat̄: 6m
ita ꝙ scribat̄: sꝫ sm̄ ꝙ scribit̄ ē ab alio: sm̄ ꝙ legit̄ ē ad
aliū. q̄ de rōne libri ē ꝙ sit ad aliū ꝛ ab alio. ꝛ sic psonalr̄
dr̄. ¶ P̄. liber vite dic̄ notitiā expssaꝫ ab alio. sed qd̄ ex 7m
primit̄ ab alio: orit̄ ab eo. ergo liber vite iportat relatio
nem originis: ꝛ sic dicit̄ personaliter.

Sꝫ contra est ꝙ liber vite ē ipsa diuia p̄destinat̄ ꝯ.
vt Aug. dicit in lib. de ciuitate dei. Et
vt habet̄ in glo. Apoc. zo. sed p̄destinatio dicit̄ eēntialr̄
ꝛ nunq̄ personalr̄. ergo ꝛ liber vite.

Respōdeo dōm ꝙ qdā dixerūt ꝙ liber vite q̄n̄q̄ R°.
dr̄ psonalr̄ q̄n̄q̄ eēntialr̄. sm̄ .n. ꝙ trās Opinio
fert̄ in dina ex rōne scripture dr̄ psonalr̄: ꝛ sm̄ h̄ iportat q̄rūdaz
originē ab alio. liber .n. nō nisi ab alio scribit̄. sꝫ aūt ꝙ i
portat repn̄tationē coꝝ q̄ i li° scribūt̄ dr̄ eēntialr̄. ¶ Sꝫ Repro
ista distinctio nō vr̄ rōnabil̄. qꝛ nomē aliqd̄ dcm̄ de deo ba° op. ꝛ
nō dr̄ psonalr̄ nisi de sui rōe originē relōnis iportet sꝫ h̄ deteria°
ꝙ in dinā p̄dicationē venit. In his aūt q̄ trāslatiue dn̄r ppria
nō accipit̄ metaphora sm̄ q̄cūq̄ silitudinē: sed sm̄ ꝯue
niētiā in illo qd̄ ē de ppa rōne rei: cui⁹ nomē trāsfert̄: sic
nomē leonis in deo nō trāsfert̄ pp ꝯueniētiā q̄ est in sen
sibilitate: sed pp ꝯueniētiā in aliq̄ ppetate leonis. vn̄ ꝛ
liber vite nō trāsfert̄ ad dina sm̄ id qd̄ ē cōe oī artificia
to: sed sm̄ id qd̄ ē ppriū libri inq̄ntū liber. Procedere āt
a scriptore ꝯuenit nō li° inq̄ntū ē lib: sed inq̄ntū ē artificia
tū. sic .n. ꝛ dom⁹ ē ab artifice: ꝛ cultell⁹ a fabro. Sꝫ repn̄ta⁹

coꝝ q̄ scribunt̄ in li° est de ꝓpa rōne libri inq̄ntū hꝫ. vñ
tali reprītatiōe manēte et si ab alio scripꝰ nō esset: eēt q̄-
dem liber: sꝫ nō eēt artificiatꝰ. vñ pꝫ ꝙ liber nō trāsumi-
tur ad dīna: ex h̄ ꝙ ab alio scribit̄: sed ex h̄ ꝙ reprītat ea
q̄ scribunt̄ in lib°. Et iō cū reprītatio sit cōis toti trinitati
liber in dīnis nō dr̄ ꝑsonalr̄ sed eēntialr̄ tm̄.

Ad p^m **Ad primū** ḡ dōm ꝙ ea q̄ in dīnis eēntialr̄ dn̄r ali-
qn̄ ꝓ ꝑsonis supponūt. vñ h̄ nomē deꝰ
qn̄q3 supponit ꝓ ꝑsona p̄ris: qn̄q3 ꝓ ꝑsona filij: vt cū dr̄
deꝰ gn̄ans vel deꝰ genitꝰ. Et ita ēt liber q̄uis eēntialr̄ di
cat̄: tñ pōt supponere pro ꝑsona filij: ⁊ f̄m h̄ dr̄ h̄re caput
2^m vel p̄n^m in dīnis. ¶ Ad 2^m dōm ꝙ v̄bū f̄m suā rōnē q̄ in
dīnis dr̄ iportat originē ex alio: vt in.q. de v̄bo dcm̄ ē: li-
ber aūt nō iportat originē ex sua rōne f̄m quā ad diuina
3^m transfert̄: ⁊ iō nō est silr̄. ¶ Ad 3^m dōm ꝙ q̄uis lib apud
nos realiter ꝓcedat a scriptore: sicut v̄bū a platore: tamē
ista ꝓcessio nō iportat̄ in noīe libri: sic̄ iportat̄ i noīe ver-
bi. nō. n. plus iportat̄ in noīe libri ꝓcessus a scriptore: q̄
4^m in noīe domꝰ ꝓcessio ab edificatore. ¶ Ad 4^m dōꝫ ꝙ rō
illa ꝓcederet si de rōe libri eēt verbū scriptū. h̄ aūt nō ē
5^m verū: vñ rō nō sequit̄. ¶ Ad 5^m dōm ꝙ rō illa tꝫ in his q̄
ꝓprie dn̄r. In his aūt q̄ metaphorice dn̄r sicut liber non
oꝫ ꝙ ꝯueniat eidē f̄m oīa ꝑdicta q̄ ei ꝯueniūt ꝓꝑe. alias
oporteret ꝙ deꝰ q̄ dr̄ leo metaphorice h̄ret vngulas ⁊ pi-
6^m ⁊ 7^m los. ¶ Ad 6^m pꝫ r̄nsio ex dictis. ⁊ silr̄ ad 7^m.

TErtio querit̄. vtꝝ liber vite appropriet̄
p^m filio. ¶ Et vr̄ ꝙ non. liber. n. vite
ad vitā ꝑtinet q̄ attribuit̄ sp̄ūi scō in scripturꝭ
Jo. 6. Sp̄ūs ē q̄ viuificat. ḡ ⁊ liber vite sp̄ūi. s.
2^m appropat̄ ⁊ nō filio. ¶ P̄. p̄n^m in vnoq̄q3 po-
tissimū ē. sꝫ p̄r dr̄ caput siue p̄n^m libri: vt pꝫ in psal. In ca
pite libri scriptū ē de me. ḡ p̄ri appropari dꝫ nomē libri.
3^m ¶ P̄. aliud in q̄ aliqd scribit̄ hꝫ ꝓꝑe rōnē libri: sꝫ in mēo
ria dr̄ aliqd scribi. ḡ mēoria hꝫ rōnē libri: sꝫ mēo° appro-
priat̄ p̄ri sicut itelligētia filio ⁊ volūtas sp̄ūi. s. ḡ liber vi-
4^m te dꝫ p̄ri appropriari. ¶ P̄. caput libri p̄r est: sꝫ in capite
libri: vt in ps̄al. habet̄ scribit̄ de filio. ḡ p̄r est liber filij: ⁊
3. p. **Sed cōtra** (sic patri dꝫ appropriari.
Aug. dic̄ ꝙ liber vite ē p̄scia dei: sꝫ scia
filio appropriat̄. i. Cor. i. Xp̄m dei v̄tutē ⁊ dei sapiam. ḡ ⁊
2° liber vite filio appropat̄. ¶ P̄. lib reprītatiōēꝫ iportat sic̄
speculū ⁊ imago ⁊ character ⁊ figura: sed oīa ista filio ap-
propant̄ vl' attribuūt̄. ḡ ⁊ lib vite filio appropari dꝫ.
R° **Respōdeo** dōꝫ ꝙ appropare nihil ē aliud q̄ cōe
trahere ad ꝓpriū. Illud aūt qd̄ ē cōe to
ti trinitati nō pōt trahi ad ꝓpriū alicꝰ ꝑsone ex h̄ ꝙ ma-
gis vni ꝑsone q̄ alij ꝯueniat. h̄. n. eq̄litati ꝑsonaꝝ repu-
gnaret. sꝫ ex h̄ ꝙ id qd̄ est cōe maiorē hꝫ silitudinē ad id
qd̄ ē ꝓpriū ꝑsone: vniꝰ q̄ cū ꝓꝑo alteriꝰ: sicut bonitas hꝫ
q̄dā ꝯueniētiā cū ꝓꝑo sp̄ūs. s. q̄ ꝓcedit vt amor: est. n. bo
nitas obm̄ amoris. ⁊ silr̄ po° approp̄at̄ p̄ri: q2 po° inq̄ntuꝫ
hꝫ ē qd̄dā p̄n^m: p̄ri aūt ꝓpriū ē eē p̄n^m totiꝰ diuinitati: ⁊ ea-
dē rōne sapia appropat̄ filio: q2 hꝫ ꝯueniētiā cū ꝓꝑo eiꝰ.
ꝓcedit. n. filiꝰ a p̄re vt v̄bū qd̄ noīat ꝓcessionē intellectꝰ.
vñ cū liber vite ad notitiā ꝑtineat filio appropari dꝫ.

Ad p^m **Ad primū** ḡ dōꝫ ꝙ q̄uis vita appropet̄ sp̄ūi. s. tñ
vite cogni° appropat̄ filio. hāc aūt lib
2^m vite iportat. ¶ Ad 2^m dōm ꝙ p̄r dr̄ caput libri: nō q2 sibi
rō libri magis ꝯueniat q̄ filio: sꝫ q2 filiꝰ cui appropat̄ lib
3^m vite a p̄re orit̄. ¶ Ad 3^m dōꝫ ꝙ nō ē icōueniēs aliqd ap-
propari diuersis ꝑsonis rōne diuersa: sicut donū sapie ap
propat̄ sp̄ūi. s. inq̄ntū ē donū. oīs. n. doni p̄n^m ē amor: sꝫ ap
propat̄ filio inq̄ntū est sapia. Et silr̄ mēoria appropat̄ p̄ri
inq̄ntū ē p̄n^m intelligētie. f̄m aūt ꝙ ē q̄dā po° cognitiua
appropat̄ filio: ⁊ hoc mō dr̄ in memoria aliqd scribi: ⁊ sic
mēoria pōt h̄re rōnēꝫ libri. vñ ⁊ liber magis appropriat̄
filio q̄ patri. ¶ Ad 4^m dōm ꝙ q̄uis liber appropriet̄ fi- 4^m
lio: tñ etiā ꝯuenit patri cū sit cōe nō ꝓpriū: ⁊ iō nō est in-
conueniens si in patre aliquid scribi dicat̄.

QUarto q̄rit̄. vtꝝ lib vite sit ideꝫ qd̄ ꝑ- p^m
destinatio. Et vr̄ ꝙ sic. Aug. n.
dicit ꝙ liber vite ē ꝑdestina° eoꝝ q̄bꝰ debet̄
vita eterna. ¶ P̄. attributa dīna ꝑ effc̄us eo- 2^m
rū cog̃scimꝰ: sꝫ ideꝫ ē effc̄us ꝑdestiatiōis ⁊ li-
bri vite. s. finalis grā ⁊ glia. ḡ idē ē ꝑdestina° ⁊ liber vite.
¶ P̄. q̄cq̄d dr̄ metaphorice in dīnis oꝫ reduci ad aliqd 3^m
dcm̄ ꝓꝑe: sꝫ lib vite dr̄ metaphorice i dīnis. ḡ oꝫ ad aliqd
ꝓꝑe dcm̄ reduci: sꝫ nō pōt ad aliqd magis ꝓꝑe dcm̄ redu
Sed contra (ci q̄ ad ꝑdestiatōēꝫ. ḡ idē qd̄ p̄us. 3. p.
liber dr̄ ex eo ꝙ in eo aliqd scribit̄.
sed rō scripture ad ꝑdestinationē nō ꝑtinet. ḡ ꝑdestina°
nō est idē ꝙ liber vite. ¶ P̄. liber de sui rōne nullā cāli- 2°
tatē iportat respectu eoꝝ ad que dr̄: ꝑdestinatio aūt ipor
tat. ergo nō est idē ꝑdestinatio cum libro vite.
Rn̄deo dōm ꝙ sic̄ ex dictis pꝫ liber vite dr̄ in dīnis R°
ad silitudinē scripture ꝑ quā p̄nceps ciuita
tis dirigit̄ in admittēdis vl' excludēdis a ciuitatꝭ sue cō-
sortio. hec aūt scriptura inter duas opōnes media inueni̇t.
seq̄t̄. n. dterminatiōēꝫ ipsiꝰ p̄ncipis q̄ eligit eos quos vult
admittere ab his quos excludit. ⁊ ꝑcedit ipam admissio
nē vel exclusionē. Scriptura aūt ꝑdcā nō ē nisi reprīta°
sue ꝑdestinatiōis. Ita ēt ⁊ liber vite nihil aliud ē q̄ q̄dā
ꝯscriptio dīne ꝑdestinatiōis in mēte dīna. ꝑdestiatio. n.
ꝑdestinat eos q̄ sūt ad vitā glie admittēdi. hꝫ aūt ꝑdesti
natiōis noti° semꝑ apud deū manet: ⁊ h̄ qd̄ ē cog̃scere se
ꝑdestinasse aliquos ē suā ꝑdestinatōēꝫ in eo eē scriptam
q̄si in li° vite. liber aūt vite ⁊ ꝑdestina° formalr̄ loquēdo
nō sūt idē: sꝫ mālr̄ est lib vite ipsa ꝑdestina°: sic̄ dicimꝰ ꝙ
liber iste mālr̄ loquēdo ē doctrina apl̄i: q2 doctrina apl̄i
in eo ꝯscripta ꝯtinet̄. Et h̄ mō loq̄t̄ Augu. cū dic̄ ꝙ liber
Unde (vite est ꝑdestinatio.
pꝫ r̄nsio ad p^m. ¶ Ad 2^m dōꝫ ꝙ q̄uis eūdē effe- Ad p^m
ctū respiciāt liber vite ⁊ ꝑdestia°: nō tñ eodē mō: sꝫ ꝑde- 2^m
stinatio respicit illū effc̄m imediate. lib aūt vite mediā-
te ꝑdestiatiōe: sic̄ ēt in aīa sūt reꝝ silitudines imediate: sꝫ
in li° ꝯscribunt̄ signa vocū q̄ sūt note passiōꝝ in aīa: ⁊ ita
lib mediate ē signū rei. ¶ Ad 3^m dōꝫ ꝙ lib vite ad aliqd 3^m
ꝓprie dcm̄ in dīnis reducit̄. h̄ aūt nō ē ꝑdestinatio: sꝫ ꝑ-
destinatiōis cognitio: q̄ deꝰ aliquos se ꝑdestiasse cogno-
scit. ¶ Ad ea que 3 obijciunt̄ nō eēt difficile r̄ndere. ad arg^m in 3rium

QUinto q̄rit̄. vtꝝ lib vite dicat̄ re^u vite p^m
icreate. ¶ Et vr̄ ꝙ sic. q2 vt dic̄
Aug. lib vite est noti° dei: sꝫ deꝰ sicut cog̃scit
vitā alienā: ita cognoscit suā. ḡ lib vite respic̄
etiā vitā icreatā. ¶ P̄. liber vite ē reprītatio 2^m
vite: sꝫ nō vite create. p̄mū. n. nō reprītat 2^m sꝫ eꝯ. ḡ liber
vite ē reprītatiu° vite icreate. ¶ P̄. ꝙ ō p̄lib° dr̄ de vno 3^m
ꝑ p̄us ⁊ de alio ꝑ posteriꝰ: dcm̄ simplr̄ intellr̄ de eo de q̄ ꝑ
p̄us dr̄: sꝫ vita ꝑ p̄us de d̄o dr̄ q̄ de creaturis: q2 eius vita
oīs vite est origo: vt ostēdit Dio. de dīnis no. 7. cap°. ergo
cum in libro vite vita simplr̄ nominet̄ dꝫ itelligi de vi-
ta increata. ¶ P̄. sicut liber reprītationē iportat ita ⁊ fi- 4^m
gura: maxie cū liber figuris q̄busdā reprītet: sꝫ filius ē
figura p̄ris Heb. i. ḡ ⁊ filiꝰ pōt dici lib re^u vite p̄ris. ¶ P̄. 5^m
liber dr̄ respcū eiꝰ qd̄ in li° scribit̄: sꝫ in li° scribet̄ de filio.
iuxta illō psal. In capite libri scriptuꝫ est de me. vita aūt
filij est increata. ergo liber vite pōt respicere vitā increa 6^m
tam. ¶ P̄. nō pōt eē idē liber ⁊ c° est lib respcū eiusdē: sꝫ
creatura est liber respcū dei. ḡ deus non pōt dici liber re-
spectu vite create. ergo restat qd̄ liber vite dicit̄ respectu

7m vite increate. ¶ P̄.sicut liber ad cognitionē ptinet ita ⁊
v̄bum:sz v̄buz p prius est ipsius diue eētie q̄ creature.
pater eniz dicēdo se dicit oēm creaturam.ergo ⁊ liber vi
te per prius respicit vitam increatam q̄ creatam.

3p **Sed 9tra** s̄m Aug.liber vite ē p̄destinatio: p̄desti
natio aūt nō respicit nisi creaturas.ḡ nec
2o liber vite. ¶ P̄.liber non repn̄tat aliqd nisi p aliquas fi
guras ⁊ silitudines:sz deus nō cognoscit seipm p aliquas
silitudies sz p eētiā suā.ḡ ipse nō ē liber respcū suipsi⁹.

R. **Respondeo** dicēdū:q̄ sicut ex dictis pz:liber vi
te est q̄dam cōscriptio p quā dirigit̄
cōferēs vitam in vite collatiōe s̄m q̄ de aliquo p̄ordina
tum erat.Et ideo vita respcū cuius liber vite dicit̄: duo
hz.Unū est q̄ est acq̄sita p collationē alicui⁹.Aliud ē:q̄
cōsequit̄ cōscriptionē p̄dictā dirigētem in ipsaz.Utrūq̄
aūt deest vite increate:q̄ vita glīe non est in deo p acq̄si
tionē sz p nām:nec aliqua noticia vitā eius p̄cedit:sz ipsa
dei vita p̄cedit s̄m modū itelligēdi ēt ipsi⁹ noticiaz.Un
de liber vite nō pōt dici respcū vite increate.

Ad pm **Ad primum** dōz:q̄ nō q̄libz noticia dicit̄ liber
vite:sz illa que ē de vita quā habi
turi sunt p̄destinati:vt ex seq̄ntibus v̄bis in auctoritate
2m haberi pōt. ¶ Ad 2m dōm:q̄ repn̄tare aliqd est similitu
dinē eius cōtinere.duplex aūt est rei similitudo. Una q̄
est factiua rei sicut q̄ est in itellectu practico:⁊ p modum
hui⁹ similitudinis p̄mū pōt repn̄tare 2m.Alia aūt est sili
tudo accepta a re cui⁹ est:⁊ p hunc modū posterius repre
sentat p̄mū:⁊ nō ecōuerso.liber aūt vite nō hoc modo:sz
3m p⁹ vitā repn̄tat. ¶ Ad 3m dōm:q̄ aliquid simplr dictum
itelligit̄ q̄nq̄ de eo qd̄ per posterius dicit̄ rōne alicuius
adiuncti:sicut ens in alio itelligit̄ accn̄s:⁊ silr vita rōne
ei⁹ qd̄ adiungit̄.s.liber:intelligit̄ de vita creata q̄ p poste
4m rius vita dicit̄. ¶ Ad 4m dōm:q̄ figura repn̄tat id cui⁹
est figura quodāmō vt p̄n̄m:eo q̄ figura ⁊ ymago deduci
tur ab exēplari sicut a p̄n̄o:sz liber vite repn̄tat vitam vt
p̄ncipiatū ab ipso.deo aūt cōpetit eē p̄ncipiū filij qui ē fi
gura patris:sz nō cōpetit vite eius q̄ aliquid sit ipsi⁹ p̄n
5m cipium:⁊ ideo nō est simile de vita ⁊ figura. ¶ Ad 5m di
cendū:q̄ illud intelligit̄ de filio s̄m humanā naturam.
6m ¶ Ad 6m dōm q̄ cā repn̄tat effectuz:⁊ ecōuerso:vt ex di
ctis pz:⁊ s̄m hoc deus pōt dici liber creature:⁊ ecōuerso.
7m ¶ Ad 7m dōm:q̄ v̄buz nō significat̄ vt p̄n̄m ei⁹ qd̄ p ver
bū dr̄:sic liber vite p̄ut hic accipit̄:⁊ iō nō est simile.

pm **SExto** querit̄.vtrū liber vite dicat̄ respe
ctu vite nature i creaturis. ¶ Et vi
det̄ q̄ sic.q̄ sicut vita glorie repn̄tat̄ in dei no
ticia:ita ⁊ vita nature:sz dei noticia dicit̄ liber
vite respcū vite glorie.ergo etiaz dz dici respe
2m ctu vite nature. ¶ P̄.diuina noticia cōtinet oia per mo
dum vite:q̄ vt dicit̄ Joā.p̄mo. Qd̄ factū est in ipso vita
erat.ergo dz dici liber vite respectu omniū ⁊ maxime vi
3m uentium. ¶ P̄.sicut ex diuina p̄uidētia aliquis preordi
natur ad vitā glorie:ita ⁊ ad vitam nature:sz noticia pre
ordinationis ad vitam glorie dicit̄ liber vite:vt dictum
est p̄us.ḡ ⁊ noticia preordinationis ad vitaz nature dici
4m pōt liber vite. ¶ P̄.Apoca.3.sup illud. Non delebo no
mina eoꝝ de libro vite.dic̄ glo. Liber vite est diuina no
ticia in qua cōstant omnia.ḡ liber vite dicit̄ respcū oiuz:
5m ⁊ ita etiam respectu vite nature. ¶ P̄.liber vite est noti
cia quedā de vita glorie:sz nō pōt cognosci vita glorie ni
si cognoscat̄ vita nature.ergo liber vite respicit vitaz na
6m ture. ¶ P̄.nomē vite translatū est a vita nature ad vitā
glorie:sz verius dicit̄ aliquid de eo qd̄ p̄p̄rie dr̄ q̄ de eo
qd̄ ad hoc transsumit̄.ḡ liber vite magis respicit vitā na
7m ture q̄ vitam glorie. ¶ P̄.id qd̄ est pmanentius ⁊ cōmu
niue est nobilius:sz vita nature est pmanētior q̄ vita glo
rie vl̄ gratie:⁊ similr̄ cōmunior:q̄ vita nature seq̄tur ad
vitam gratie ⁊ glorie:sz nō cōuertit̄.ḡ vita nature est no
bilior q̄ vita gratie ⁊ glorie.ḡ liber vite magis respicit vi
tam nature q̄ vitam glorie vel gratie.

3p **Sz 9tra.** lib vite ē q̄dāmō p̄destia⁹:vt pz p Aug.sz p̄
destia⁹ nō ē d vita nāe.ḡ nec lib vite. ¶ P̄. 2o
lib vite ē d illa vita q̄ ime⁹ a do dat̄:sz vita nāe dat̄ a do
mediātib⁹ cāis nālib⁹.ḡ liber vite nō est de vita nature.

Rn̄deo dōz q̄ lib vite ē q̄dā noti⁹ dirigēs datorē vi R.
te i vite collatiōe:vt dcm̄ ē.s̄.In collatiōe āt
aliq̄ nō idigem⁹ directiōe:nisi pp̄ h̄ q̄ oz discernere eos
q̄b⁹ dādū ē ab eis q̄b⁹ dādū nō e.Un̄ lib vite nō ē nisi re⁹
illi⁹ vite q̄ cū electiōe dat̄.vita āt nālis sic̄ ⁊ alia bona na
turalia cōiter oib⁹ dat̄ s̄z q̄ vnusq̄sq̄ ē capax:⁊ iō re⁹ vite
nāe nō ē lib vite:sz solū re⁹ illi⁹ vite q̄ s̄z p̄po⁹ dei eligētibus
q̄busdā dat̄ ⁊ q̄busdā nō dat̄.

Ad primū ḡ dōz:q̄ q̄uis vita nāe repn̄tet̄ i dei no Ad pm
ticia sic̄ ⁊ vita glīe:nō tn̄ noticia vite nāe hz rōnē libri vi
te:sic̄ noti⁹ vite glīe rōne p̄dcā. ¶ Ad 2m dōz:q̄ lib vite 2m
nō dr̄ lib vite q̄ viuit:sz lib q̄ ē de vita ad quā aliq̄ s̄z ele
ctionē p̄ordiant̄ q̄ sūt 9scripti i lib⁹. ¶ Ad 3m dōz:q̄ p̄ui 3m
dētia dei vitā aliq̄b⁹ p̄uidet vt debitū nāe ipoꝝ:sz vitā
glīe nō p̄uidet nisi ex bn̄placito sue voluntatis:⁊ iō vitā
nāe dat oib⁹ q̄ cape p̄nt:nō aūt vitā glīe:⁊ pp̄ h̄ nō ē aliq̄s
lib vite nāe sic̄ ē vite glīe. ¶ Ad 4m dōm:q̄ glo.illa nō ē 4m
itelligēda h̄ mō q̄ oia 9stent.i.9tineant̄ i lib⁹ vite:sz q̄
oia q̄ i eo scribunt̄ 9stāt.i.firma sūt. ¶ Ad 5m dōm:q̄ lib 5m
vite nō so⁹ iportat noti⁹ re⁹ vite glīe:sz ēt q̄ndā electio
nē.nō āt re⁹ vite nāe:vt dcm̄ ē. ¶ Ad 6m dōz:q̄ vita glīe 6m
ē min⁹ nō.nob q̄ vita nāe ⁊ iō ex vita nāe deuenim⁹ i co
gnitiōez vite glīe:⁊ silr ex vita nāe glīe vitaz noiam⁹:q̄
uis vita glīe p̄us hēat d rōne vite:sic ex his q̄ sūt apd̄ nos
noiam⁹ deū.vn̄ n̄ oz q̄ nomē vite itelligat̄ d vita nāe q̄si
simplr p̄fert̄. ¶ Ad 7m dōz:q̄ vita glīe q̄tū ē i se ē pma 7m
nētior q̄ vita nāe:q̄ p vitā glīe vita nāe stabilit̄:sz p ac
cidēs vita nāe ē pmanētior q̄ vita grē:iq̄z⁹.s.ē p̄pigor viuētiū:cui s̄z exn̄tiā suā debet̄ vita nāe:n̄ āt vita glīe.cōi
or āt ē q̄dā⁹ vita nāe ⁊ q̄dāmō n̄.dr̄.n.2r aliqd cōe.vno⁹ p
9secutionē vl̄ p̄dicatōez:q̄n̄.s.aliqd̄ vnū iuenit̄ i mlt̄is s̄z
vnā rōnē:⁊ sic illd̄ qd̄ ē cōi⁹ nō ē nobili⁹ sz ip̄fecti⁹ sic̄ aial
hoie:⁊ h̄ mō vita nāe ē cōior q̄ glīe.Alio⁹ p modū cāe:sic̄
cā q̄ vna nuō manēs ad plēs effect⁹ se extēdit:⁊ sic illd̄ qd̄
est cōius ē nobili⁹:vt 9s̄uatio ciuitatis q̄ 9s̄uatio fami
lie ē nobilr⁹.h̄ aūt mō vita nāe nō ē cōior q̄ vita glīe.

SEptimo querit̄.vtrū liber vite dicat̄
simplr respcū vite grē. ¶ Et pm
videt̄ q̄ sic.q̄ qd̄ est in effectu nobilius inue
nit̄ in causa:vt pz per Diony.in libro de diui.
nominib⁹.sz glīa est effectus grē.ergo vita gra
tie est nobilior q̄ vita glorie.ergo liber vite principalius
respicit vitam gratie q̄ vitam glorie. ¶ P̄.liber vite est 2m
quedam p̄destinationis conscriptio:vt supra dictum est:
sz p̄destinatio est cōiter p̄paratio gratie ⁊ glorie.ergo ⁊ li
ber vite vtrāq̄ vitam cōiter respicit. ¶ P̄.per libruz vi 3m
te aliqui designant̄ vt ciues illius ciuitatis in qua est vi
ta:sz sicut per vitam glorie aliqui efficiunt̄ ciues Jerusa
lem celestis:ita per vitam gratie aliquis efficit̄ ciuis ec
clesie militantis.ergo liber vite respicit vitam gratie sic̄
⁊ glorie. ¶ P̄.qd̄ de pluribus dicit̄ dictū simplr itelligi 4m
tur de eo de quo per p̄us dicit̄:sz vita gratie est p̄or vita
glorie.ḡ cū dicit̄ liber vite intelligit̄ de vita gratie.

Sed contra ille qui habet p̄sentē iusticiā simplr 3p.
hz vitam grē.nō aūt dicit̄ simplr scri
ptus in libro vite:sz soluz s̄m quid.i.s̄m p̄ntem iusticiā.
ergo liber vite non respicit simplr vitam gratie. ¶ P̄.fi 2o
nis est nobilior his que sūt ad finē:sz vita glorie est finis

gratie.ergo est nobilior.ergo simpliciter dicta vita intelligitur de vita glorie.

R̄e. **Respondeo** dicēdū ꝙ liber vite significat quādā cōscriptionē alicuiꝰ ad vitam obtinendam q̄si quodam premiū: ⁊ q̄si possessionē quandam ad quā hōies ꝯsueuerunt cōscribi. Illud aūt ꝓprie dicit̄ hēri vt possessio: qḋ habet̄ ad nutū: ⁊ hoc est illud in quo nullū defectū patit̄. Unde phs dic̄ in ꝑncipio meta. ꝙ sciētia que est de deo nō est humana possessio sȝ diuina: qꝛ solus deꝰ ꝑfecte seipm cognoscit. homo aūt ad cognoscendū ipm deficiens inuenit̄. Et iō tunc vita habet̄ vt possessio quādo per vitā ois defectꝰ vite oppositus excluditur. Hoc aūt facit vita glorie in qua ois mors ⁊ corporalis ⁊ spūalis penitus absorbebit̄: vt nec etiā remaneat potētia moriēdi. nō aūt vita grē. Et iō liber vite nō respicit simplr̄ vitam gratie sȝ glorie tm̄.

Ad p̄m **Ad primum** ergo dicēdū ꝙ quedā cause sunt nobiliores his quoꝝ sunt cause. s. efficiens formalis ⁊ finalis: ⁊ iō qḋ est in talibꝰ causis nobilius est in eis q̄ȝ in his quoꝝ sūt cāe: sȝ mā est imꝑfectior eo cuius est cā: ⁊ iō aliqd est in materia minus nobiliter q̄ȝ sit i mēto. in mā. n. est incōplete ⁊ in potētia ⁊ in materiato est actu. ois autē dispositio que ꝑparat subiectū ad aliquā formā vel ꝑfectionē recipiēdā reducit̄ ad causā māleȝ: ⁊ hoc mō gratia est causa glorie: ⁊ iō vita est nobi-

2m lius in gloria q̄ȝ in grā. ¶ Ad 2m dicēdū ꝙ ꝑdestinatio non respicit gratiam nisi sm̄ ꝙ ordinat̄ ad gloriam. Unī esse ꝑdestinatum nō cōuenit nisi his qui habēt finalem gra-

3m tiam quā sequit̄ gloria. ¶ Ad 3m dicēdū ꝙ quātus illi qui habēt vitam gratie sint ciues eccl'ie militantis: tm̄ status ecclesie militantis nō est status in quo vita plene habet̄: cū adhuc remaneat potētia ad mortē: ⁊ iō respectu hꝰ nō

4m dr̄ liber vite. ¶ Ad 4m dicēdū ꝙ q̄uis vita grē sit prior in via gnātionis q̄ȝ vita glorie: tm̄ vita glīe est prior sm̄ viā ꝑfectionis: vt finis his que sunt ad finem.



Octauo querit̄. vtrū possit dici liber mortis: sicut dicit̄ liber vite. ¶ Et vi-

p̄m detur ꝙ sic. Luc̄. 10. sup illud. Gaudete qꝛ nomina vestra. dic̄ glos. Si quis celestia siue terrestria gesserit per hoc quasi litteris ānotatus apud dei memoriam eternaliter est affixus: sed sicut per opera celestia que sunt opera iusticie aliquis ordinat̄ ad vitam: ita per opera terrestria que sunt opera peccati ordinatur ad mortem. ergo sicut in deo est cōscriptio ordinata ad vitam: ita est ibi conscriptio ordinata ad mortē.



2m ergo sicut i deo dicit̄ liber vite: ita ⁊ liber mortis. ¶ P̄. liber vite in deo non ponitur nisi inquātum apud se conscriptos habȝ quos ad eterna premia preparauit ad similitudinem eius qḋ princeps terrenus conscriptos habet illos quos ad aliquas dignitates determinauit: sed sicut princeps ciuitatis habȝ descriptas dignitates ⁊ premia: ita etiam penas ⁊ supplicia. ergo ⁊ similr̄ apud deum de-



3m bet poni liber mortis. ¶ P̄. sicut deus cognoscit ꝑdestinationem suam qua alios preparauit ad vitā: ita cognoscit reprobationē suam qua alios ꝑparauit ad mortē: sed ipsa noticia quā deus habet de sua predestinatione dicitur liber vite: vt dictū est. ergo ⁊ noticia reprobationis debet dici liber mortis.



3. **Sȝ ꝯtra** sm̄ Diony. in libro de diuinis nominibus. in ꝑncipio. de diuinis non est audendū aliquid dicere nisi qḋ est per auctoritatē sacre scripture introductū: sȝ liber mortis nō inuenit̄ in scriptura dici de deo sic̄ liber vite. g̊ nō debemus ponere librū mortis.



R̄n. **Rn̄deo** dicēdum: ꝙ de eo quod in libro scriptū habetur habet aliqs aliquā noticiam pre alijs priuilegiatam. Unde ⁊ respectu illoꝝ scitoꝝ a deo liber dici debet de quibus aliquā specialē noticiā pre alijs habet. Est aūt in deo duplex cognitio. s. simplicis noticie: ⁊ sciētia approbationis. Sciētia simplicis noticie cōis est oibus bonis ⁊ malis: sciētia aūt approbationis est bonorum tātū. Et ideo boni habēt aliquā ꝑuilegiatam cognitionē in deo pre alijs: rōne cuius in libro ꝯscribi dicunt̄. nō aūt mali: ⁊ iō nō dr̄ liber mortis sic̄ dr̄ liber vite.

Ad primum ergo dicēdū ꝙ quidā opera celestia exponunt de opibus contemplatiue vite: opera aūt terrestria de opibus actiue. per vtraq̄ȝ autē aliquis conscribitur ad vitam non ad mortem: ⁊ ita vtraq̄ȝ conscriptio ad librū vite ꝑtinet ⁊ neutra ad librū mortis. Quidam vō per opera terrestria intelligunt opa peccati: per que quāuis aliquis per se loquendo ordinet̄ ad mortē: tamē per accidēs aliqs ordinat̄ ad vitā: inquātum aliqs post pctm̄ resurgit cautior ⁊ humilior. Uel potest dici ⁊ melius ꝙ cū dicit̄ aliquid per alterū cognosci hoc pōt intelligi duplr̄. Uno modo vt ꝑpositio designet cām cognitionis ex parte cognoscētis: ⁊ sic non pōt intelligi in ꝓposito: qꝛ opera que quis facit bona vel mala nō sunt cā neq̄ȝ diue ꝑsciētie vel ꝑdestinationis neq̄ȝ reprobationis eterne. Alio modo vt designet cām ex parte cogniti: ⁊ sic itelligitur in ꝓposito. dicit̄. n. aliqs eē annotatus apud dei memoriā per opera que gessit: nō qꝛ hꝰ opa sint cā q̄re deus cognoscat: sȝ qꝛ deus cognoscit ꝙ ꝑp hꝰ opa aliquis habiturus est mortē vel vitam. vn̄ pȝ ꝙ glo. illa nō loquit̄ de conscriptione vite q̄ ꝑtinet ad librū vite que est ex parte dei. ¶ Ad 2m dicēdū ꝙ aliq̄ cōscribunt̄ 2m
in libro: vt ꝑpetuo in noticia maneant. Illi aūt qui puniunt̄ per penas ipsas exterminant̄ a noticia hoīum: ⁊ iō nō cōscribunt̄ nisi forte ad tēpus quousq̄ȝ eis pena infligat̄. Sȝ illi qui deputant̄ ad dignitates ⁊ premia cōscribunt̄ simplr̄: vt q̄si in ꝑpetua memoria habeant̄. ¶ Ad 3m di- 3m
cēdū: ꝙ de reprobis deus nō habet noticiā priuilegiatā: sicut de predestinatis: ⁊ ideo non est simile.

¶ De cognitiōe āgeloꝝ. p̊ vtrū āgeli videāt deū ꝑ eēntiā. 2º. vtrū itell'e āgeli vl̄ hoīs btī eēntiā diuinā ꝯphēdat. 3º. vtrū āgelꝰ ex ꝓprijs nālibꝰ potuerit ꝑtigere ad vidēdū deū ꝑ eēnam. 4º. vtrū āgelꝰ vidēs deū ꝑ eēntiā oia cog̊scat. 5º. vtrū visio reꝝ i vbo sit ꝑ aliq̄s silitudies reꝝ in itellu āgelico existes. 6º. vtrū āgelꝰ cog̊scat seipȝ. 7º. vtrū āgelꝰ vnꝰ itellīat aliū. 8º. vtrū āgelꝰ res māles cog̊scat ꝑ formas aliq̄s. an per eēnam sui cog̊scētē. 9º. vtrū forᵉ ꝑ q̄s āgeli cog̊scūt res māles sint inate vl̄ a rebꝰ accepte. 10º. vtrū āgeli supiores habeāt cognitōeȝ ꝑ formas magl̄ vles q̄ȝ iferiores. 11º. vtrū angelus cog̊scat singl'aria. 12º. vtrū āgeli cog̊scāt futura. 13º. vtrū angeli possint scire occulta cordiū. 14º. vtrū angeli mīstīa cog̊scāt. 15º. vtrū āgeli cog̊scāt res discurrēdo d' vno i aliō. 16º. vtrū i āgelis distingui debeat matutina cognitio vel vespertina. 17º. vtrū cognitio angelica sufficiēter diuidat̄ per matutinā ⁊ vespertinam. Questio VIII.



Queritur p̊mo. vtrū angeli videant deuȝ per eēntiā. ¶ Et vr̄ p̄m
ꝙ nō. dr̄. n. Jo. p̊. Deum nemo vidit vnq̄ȝ: sup quo dic̄ Crisoꝰ. Sȝ nec ipse dico celestes eēntie. s. ipsa cherubin ⁊ seraphin ipȝ vt ē vnq̄ȝ videre potuerūt: sȝ q̄cūq̄ȝ videt deū ꝑ eēnam videt ipȝ vt ē. g̊ āgelꝰ nō videt deū ꝑ eēnam. ¶ P̄. Exo. 33. sup illō. Loq̄bat̄ dn̄s ad moysē facie ad facie ⁊c̄. dic̄ gl. s' hāȝ dr̄: nec hoīuȝ: nec āgeloꝝ 2m
q̄sq̄ȝ sic̄ est vnq̄ȝ videre potuit: ⁊ sic idē qḋ ꝑus. ¶ P̄. sm̄ 3m
Aug. desideriū ē rei nō habite: sȝ āgeli desiderāt in deuȝ respicere vt dr̄ p̊ᵉ Pe. 2. g̊ deum ꝑ eēntiā nō vidēt. ¶ P̄. 4m
Crisoꝰ. sup Jo. dic̄. Ipȝ qḋ ē ds nō solū ꝓphe: sȝ nec āgeli nec archāgeli videre potuerūt: ⁊ sic idē qḋ ꝑus: qꝛ ipȝ qḋ ē ds ē eēnᵉ dei. ¶ P̄. oē qḋ vr̄ ab itellcū ꝑ aliq̄ȝ formā vr̄: 5m

si ergo intellcūs videt eēntiam dei: opꝫ ꝙ per aliquā for
mam eam videat: ſꝫ non pōt ipſam videre per ipſaꝫ diui
nam eēntiam: qꝛ forma qua intellcūs intelligit: facit euꝫ
intellcm̄ in actu: ⁊ ſic eſt actus eius: ⁊ ſic opꝫ ꝙ ex ea ⁊ in
tellectu efficiat̄ vnum: qḋ non poteſt dici de diuina eēn
tia que non pōt venire vt pars in conſtitutionē alicuius.
ergo opꝫ ꝙ angelus intelligēs deuꝫ videat cum mediā
6 te aliqua alia forma: ⁊ ſic non videt eū per eēntiā. ¶ P.
intellectus debet eē proportionatus intelligibili cū itel
ligibile ſit pfectio intelligētis: ſꝫ nulla pōt eē pportio in
ter eēntiam diuinā ⁊ intellcm̄ angelicū: qꝛ in infinitū di
ſtant: ⁊ taliuꝫ nulla eſt pportio. ḡ nō pōt deū angelus per
7 eēntiam videre. ¶ P. nullus aſſimilat̄ alicui niſi ſm ſi
militudinē eius receptā in ipſo: ſꝫ itellcūs angeli cogno
dicit Ansel. vel adequatio sm phm: opꝫ ꝙ ex hoc p9 depēdeat rō iusticie vbi p9 inuenit rō regule: sm quā equalitas ⁊ rectitudo iusticie ꝯstituit in reb9. Uoluntas aūt nō hꝫ rōnē pme regule: sꝫ est regula recta. dirigitur eni per rōnē ⁊ itellectū non solū in nobis: sꝫ in deo: qmuis in nobis sit aliud itellectus ⁊ voluntas sꝫ rem: ⁊ p hoc nec idem est voluntas ⁊ rectitudo volūtatis. In deo aūt est idem sm rem itellectus ⁊ voluntas: ⁊ ppter h est idem rectitudo volūtatis ⁊ ipsa voluntas. Et iō pmū: ex quo pendet ratio omnis iusticie: est sapiētia diuini itellectus: que res ꝯstituit in debita pportione: ⁊ ad seinuicē ⁊ ad suā cām. In qua qdē pportiōe rō iusticie create consistit. dicere āt ꝙ ex simplici volūtate depēdeat iusticia: est dicere ꝙ diuina voluntas non pcedat sm ordinem sapientie: quod est blasphemū.

Ad primum ğ dcm: ꝙ nihil pōt eē iustū nisi volitū Ad pm

a dō: tñ id qd est volitū a deo hꝫ pmm cām iusticie ex ordie

sapie diuine. ¶ Ad 2m dcm: ꝙ volūtas pncipis licꝫ hēat vī 2m

legis in cogēdo ex h ipso ꝙ volūtas ē: nō tñ hꝫ rōnē iusti

cie: nisi ex h ꝙ vrit rōne. ¶ Ad 3m dcm: ꝙ de9 opat in re- 3m

bus nālib9 2r. p istituēs ipsas nās. 2o puidēs vnicuiqꝫ rei

id qd ꝯpetit sue nāe. Et qꝛ rō iusticie debitū reqrit: iō cū De9 ope-

ipsas creaturas instituit nō sit aliquo mō debitū: sꝫ volun tur i re-

tariū. p9 opatio nō hꝫ rōnē iusticie: sꝫ depēdet ex simplici b9 2r.

voluntate diuina: nisi forte dicat iusticie rōnē hre pp ordinē ipsi9 rei facte ad volūtatē. debitū. n. ē fieri oē qd deus vult: ex h ipo ꝙ ds illd vult. Sꝫ ad hūc ordinē iplēdū sapiētia dirigit qsi p9 regula. Sꝫ i 2o opōne iuenit rō debiti nō ex pte agētl: cū ds nulli sit debitor: sꝫ ex pte recipiētl. debitum. n. est vnicuiqꝫ rei nāli vt hēat ea q exigit sua nā-

tam in essentialibus q̄ȝ in accidẽtalibus. hoc aũt debitũ
ex diuina sapiẽtia depẽdet: inquãtum.s.res nãlis dȝ esse
talis q̄ imitetur ꝓpriã ydeam que est in mẽte diuina. Et
per hunc modũ inuenit ipsa diuina sapiã: pma regula iu/
sticie nãlis. In oĩbus aũt diuinis opationib⁹ qbus deus
creature aliquid supra debitum nature impẽdit: vtpote
in muneribus gratiarũ: ideȝ modus iusticie inuenit qui
in pma opatione est assignat⁹ qua naturas istituit. ¶ Ad
4m 4m dõm: q̄ volũtas diuina fm modum intelligendi pre/
supponit sapiẽtiaȝ: que pmo habet regule rationẽ. ¶ Ad
5m 5m dicẽdum: q̄ cum in deo itellectus ⁊ voluntas nõ diffe
rant fm reȝ: voluntas per hoc q̄ ab itellectu dirigitur et
ad aliquid diffinit̃: nõ ab aliquo alio restringit̃: ſȝ moue/
tur fm suam nãm: cum nãle sit illi voluntati vt semꝑ fȝ
ordinẽ sapiẽtie agat. ¶ Ad 6m dõm: q̄ voluntatis diuine
ex parte volẽtis nõ potest esse aliqua causa que sit aliud
ab ipsa voluntate existẽs ei ratio volẽdi. nam volũtas sa
pientia ⁊ bonitas fm rem sunt idem in deo. Sed ex par/
te voliti diuina voluntas habet aliquã rationẽ: que.s.est
ratio voliti nõ volẽtis: fm q̄ ipm volitũ ordinat̃ ex debi
to vel ex congruo ad aliqd. Qui quidẽ ordo ad diuinã sa
pientiam ptinet. vñ ipsa est pma radix iusticie.

SEptimo querit̃. vtrum teneamur vo/
luntatẽ nostram conformare
voluntati diuine. ¶ Et videt̃ q̄ non. Nullus
eñi tenet̃ ad impossibile: ſȝ impossibile est no
bis nostram voluntatẽ cõformare diuine: cuȝ
diuina voluntas sit nobis ignota. ergo nõ tenemur ad cõ
formitatẽ predictã. ¶ P̃. quicũq̧ nõ facit hoc ad qd̃ te/
net̃ peccat. si ergo tenemur ad cõformãdã voluntatẽ no
stram diuine: nõ cõformando ipsam peccamus. ſȝ quicũ/
q̧ peccat mortalr̃ in hoc in quo peccat nõ conformat suã
voluntatem diuine. g̃ ex hoc ipso peccat. peccat aũt aliq̃
alio speciali peccato: vtpote q̄ furatur vel fornicatur. er/
go quicunq̧ peccat duo peccata cõmittit: quod videtur
esse absurduȝ. ¶ Sed diceretur. q̄ preceptum de cõfor/
mitate voluntatis nostre ad diuinã cũ sit affirmatiuum:
q̄uis semꝑ obliget: nõ tamẽ obligat ad semꝑ: ⁊ sic nõ opȝ
3m q̄ quãdocũq̧ nõ cõformat peccet. ¶ Sed cõtra. quãuis
aliquis nõ seruans pceptũ affirmatiuũ nõ peccet in quo/
libȝ instãti quo nõ seruat: peccat tñ qñcũq̧ cõtrariũ agit:
sicut peccat aliquis quãdocũq̧ in inhonorat parentes: ſȝ
nõ semꝑ peccet: quãdo nõ actu honorat: ſȝ ille qui peccat
mortalr̃ agit cõtrariũ conformitati pdicte. g̃ ex hoc ipso
4m peccat. ¶ P̃. quicũq̧ nõ seruat hoc ad qd̃ tenet̃ est trans
gressor: sed ille qui peccat venialiter non cõformat volũ
tatem suam voluntati diuine. si ergo ad conformandum
tenetur erit transgressor: ⁊ ita peccabit mortalr̃. ¶ Sed
diceret̃. q̄ nõ tenet̃ pro illo instãti ꝯformare quo venia/
liter peccat: q2 precepta affirmatiua nõ obligãt ad semꝑ.
5m ¶ Sed ꝯtra. quicũq̧ non seruat preceptũ affirmatiuuȝ
loco ⁊ tempore pro quo obligat̃: transgressor indicat̃: sed
tempus cõformandi voluntatẽ nostrã voluntati diuine
nõ videt̃ posse aliud determinare nisi hoc quãdo volun/
tas exit in actũ. g̃ qñcũq̧ voluntas in actum exit nisi cõ/
formet̃ diuine volũtati videt̃ esse pctm̃: ⁊ ita quãdo ali/
quis venialr̃ peccat videt̃ eẽ pctm̃ mortale. ¶ P̃. nullus
6m ad ipossibile tenet̃: ſȝ obstinati nõ pñt suã voluntatẽ con
formare dine. g̃ ad hãc ꝯformitatẽ ñ tenent̃: ita nec alq̃.
alij obstinati de sua abstinatione cõmoduȝ reportarent.
7m ¶ P̃. cum deus quicquid vult ex charitate velit: ipse.n.
est charitas: si tenemur nostrã voluntatẽ ꝯformare diui/
ne tenemur charitatẽ hẽre: ſȝ nõ habens charitatẽ nõ po
test eam cõsequi nisi ad eam se pparet diligẽter. ergo nõ
habẽs charitatẽ tenet̃ se ꝯtinue ad hñdaȝ charitatẽ pre/
parare: ⁊ ita in quolibȝ instãti quo nõ habȝ charitatẽ pec
cat: cũ hoc ex defectu pparationis ꝓueniat. ¶ P̃. cũ for/ 8m
ma actus precipue in mõ agendi ꝯsistat: si ad cõformita/
tem dine volũtatis tenemur: opȝ vt eodẽ modo aliquid
velimus quo deus vult. moduȝ aũt dine voluntatis põt
aliquis aliqualr̃ imitari ⁊ dilectione nãli ⁊ dilectiõe gra
tuita. nõ aũt põt fm dilectionẽ nãlem attendi conformi
tas de qua loqmur: q2 hoc mõ cõformãt volũtatem suaȝ
diuine ifideles ⁊ pctõres: dũ in eis nãlis dilectio boni vi
get: silr̃ nõ põt attẽdi q̄tũ ad dilectionẽ gratuitã que est
charitas. sic.n. teneremur velle qcqd volumus ex chari/
tate: qd̃ est cõtra opionẽ multoꝝ: q dicũt q̄ modus nõ ca
dit in pcepto. g̃ videt̃ q̄ nõ teneamur ad ꝯformãdũ nr̃aȝ
voluntatẽ dine. ¶ P̃. q̄tũ distat de⁹ ab hoie tãto volun 9m
tas dei ab hoĩs voluntate: vt dicit glo. suꝑ illud psal. Re
ctos decet collaudatio: ſȝ de⁹ tm̃ distat ab hoie q̄ hõ non
põt ei cõformari. cũ eñi homo a deo in ifinituȝ distet nul/
la põt esse ipsius ad deuȝ ꝓportio. ergo nec volũtas hõis
dine voluntati ꝯformari poterit. ¶ P̃. illa dicunt̃ eẽ cõ/ 10m
formia que in aliqua vna forma cõueniũt. si g̃ voluntas
nostra dine ꝯformari põt: opȝ q̄ sit aliq̃ vna forma i qua
vtraq̧ volũtas cõueniat: ⁊ sic eẽt aliqd simplici⁹ dina vo
lũtate: qd̃ est ipole. ¶ P̃. ꝯformatio est relatio equipan/ 11m
tie: ſȝ in talib⁹ relationib⁹ vtrũq̧ extremoꝝ ad alterũ re/
fert̃ eadẽ relatione: sic dicit̃ amicus amico amicus: ⁊ fra
ter fratri frater. si g̃ voluntas nostra põt cõformari diui/
ne: vt sic ad cõformitatẽ pdictã teneamur: ⁊ voluntas di
uina nostre poterit cõformari: qd̃ videt̃ icõueniẽs. ¶ P̃. 12m
illa cadũt in pcepto: ⁊ ad ea tenemur: que possumus face/
re ⁊ non facere: sed non possumus facere: quin nostrã vo
luntatẽ cõformemus diuine: q2 sicut dicit Auic. sicut qd̃
est intra corpus sphericuȝ quo magis ab vna parte circũ/
stantie se elongat: eo magis ad alteraȝ appropinquat: ita
q̄ ex vna parte a dei voluntate discedit ex alia pte dinaȝ
volũtatẽ implet. g̃ nõ tenemur ad ꝯformitatẽ pdictã: sic
tenemur ad ea que cadunt sub precepto.

Sed ꝯtra est q̄ suꝑ illd̃ psal. Rectos decet collau/ 3p
datio. dic̃ glo. recti sunt q dirigũt cor suũ
fȝ volũtatẽ dei: ſȝ qlȝ tenet̃ eẽ rect⁹. g̃ qlȝ tenet̃ ad ꝯfor/
mitatẽ pdcãȝ. ¶ P̃. vnũqd̃q̧ dȝ sue regle ꝯformari: ſȝ vo z:
lũtas dina nr̃e volũtatis ẽ regla: cũ i deo p⁹ rectitudo vo/
lũtatis iueniat̃. g̃ volũtas nr̃a dȝ dine volũtati ꝯformari.

Rñdeo dõm q̄ qlibȝ tenet̃ suã volũtatẽ ꝯforma/ R:
re dine. Cui⁹ rõ ex h accipi põt: q̄ i quolibȝ
genere est vnũ pmũ: qd̃ est mẽsura oĩuȝ: que sũt in illo ge
nere: in quo pfectissime natura generis inuenit̃: sicut nã co
loris in albedine. Que pro tãto mẽsura oĩuȝ coloꝝ dr̃: q2
de vnoquoq̧ colore cognoscit̃ q̄tuȝ participet de nã ge/
neris ex ꝓpinqtate ad albedinẽ vel ex remotiõe ab ipsa:
vt dr̃ in. 10. meta. Et ꝑ hũc modũ ipse de⁹ est mẽsura oĩuȝ
entiũ: vt ex ṽbis Cõmẽ. ibidẽ hẽri põt. Tm̃ eñi vnũqd̃q̧
hȝ de eẽ q̄tuȝ ei per silitudinẽ appropinquat: fȝ ṽo q̄ ei
dissilr̃ iuenit̃ ad nõ esse accedit. Et sic de oĩb⁹ q̃ in deo et
creaturis pariter iueniunt̃ dici opȝ. vñ ⁊ itellect⁹ ei⁹ oĩs
cognitiõis est mẽsura: ⁊ bonitas oĩs bonitatis: ⁊ vt spãli⁹
loqr̃ bona voluntas oĩs bone volũtatis. Ex h g̃ vnaq̃q̧
volũtas bona est: q̄ dine bone volũtati ꝯformat. vñ cuȝ
qlibȝ teneat̃ ad habẽdã bonã volũtatẽ: tenet̃ pariter ad
hñdã voluntatẽ dine volũtati ꝯformẽ. Sȝ sciẽdũ q̄ ista
ꝯformitas multiplr̃ attẽdi põt. loqmur.n. h de volũtate
q̃ ẽ act⁹: ꝯformitas eñi nr̃i ad deuȝ fm pom volũtatis est
nãlis ad ymaginẽ pertinẽs. vñ sub pcepto nõ cadit. Act⁹
ṽo dine volũtatis nõ solũ h hȝ q̄ sit volũtatis actus: sed
silr̃ hȝ q̄ sit cã oĩum que sunt actus. Ergo actus nr̃e volũ/
tatis dine volũtati ꝯformari pt̃: vl̃ sic effect⁹ cãe: vl̃ sic yo

luntas voluntati. Cõformitas aũt effectus ad cãm aliter
inuenit in nãlib⁹ ꝛ in voluntarijs causis. In nãlibus.n.
causis attẽdit cõformitas ẜm similitudinẽ nature: sicꝙ
homo generat hoiez ꝛ ignis ignẽ: sꝫ in volũtarijs dr̃ effe-
ctus cause ɔformari ex hꝯ ꝙ ĩ effectu implet sua cã: sic ar-
tificiatũ assilat sue cãe: nõ ꝙ sit eiusdẽ nãe cũ arte que ẽ
in mẽte artificis: sꝫ qꝛ forma artis in artificiato ĩpletur: ꝛ
similr cõformat voluntati effect⁹ ei⁹ qñ hoc fit qḋ volũ-
tas disposuit. Et ita ex hoc actus nostre voluntatis diue
voluntati ɔformat: ꝙ volumus id qḋ deus vult nos vel-
le. Uoluntatis vͦ ad voluntatẽ ẜm actũ cõformitas põt
attẽdi duplr̃. Uno mõ q̃si ẜm formaz spẽi: vt homo silat
hoi. Alio mõ ẜm formã supinductã sic sapiens sapiẽti si-
milat. Et dico assilari ẜm spẽm: qñ est cõueniẽtia in obie
cto a quo act⁹ spẽz trahit. Sꝫ in obiecto voluntatis duo
sunt cõsiderãda. Unũ qḋ est quasi mãle.s. ipsa res volita.
Aliud qḋ est q̃si formale.s. rõ volẽdi que est finis: sicut in
obiecto visus color est q̃si mãle. lux vͦ quasi formale: qꝛ
per eaz efficit color visibilis in actu. Et sic ex pte obiecti
duplex ɔformitas inueniri põt. Una ex pte voliti: vt qñ
homo vult aliqd qḋ de⁹ vult: ꝛ hoc est q̃si ẜm cãm mãlẽ.
obm.n.est q̃si mã actus. vñ est minima inter alias. Alia
ex pte rõnis volẽdi siue ex parte finis: vt cũ aliqs ꝓpter
hoc vult aliqd ꝓpter qḋ de⁹. Et hec conformitas est ẜm
cãm finalẽ. Forma vͦ superueniẽs actui est modus quẽ cõ
sequit ex habitu eliciẽte. Et sic voluntas nr̃a dr̃ ɔformis
esse diuine: qñ aliqs vult aliquid ex charitate sicut deus:
ꝛ hoc est quasi ẜm cãm formalem.

Ad pm Ad primũ ḡ dõm: ꝙ voluntas dei plenarie nobis
nota eẽ nõ põt: vñ nec plenarie volũta-
tem nostrã eius voluntati possumus cõformare: sꝫ ẜm ꝙ
2m cognoscimus ɔformare possum⁹ ꝛ tenemur. ¶ Ad 2m di
cẽdũ: ꝙ vno actu hõ nõ cõmittit duo pctã: cũ ipsa eẽntia
pcti sit act⁹: sꝫ tñ ĩ vno actu pñt eẽ due pcti deformitates:
ꝛ hoc qñ actui alicui⁹ pcti spãlis superuenit aliq̃ circunstã-
tia que transfert eum in alterius pcti deformitatẽ: vt cũ
quis aliq̃ rapit vt in meretrices expẽdat: act⁹ rapine acci
pit deformitatẽ luxurie ex circunstãtia ꝓpter qḋ. Quan-
do vͦ aliqd ad deformitatẽ ptinens ĩuenit in actu alic⁹
pcti pͥter spãlez deformitatẽ illius pcti: qḋ qdẽ fit oi pctõ
cõe: per hꝯ nec pctm̃ geminat: neqꝫ pcti deformitas: eo ꝙ
hꝯ que cõiter in oib⁹ pctis ĩueniunt sunt q̃si pͥncipia eẽn-
tialia pcti inq̃tum est pctm̃: ꝛ includunt in deformitate
cuiuslibꝫ spãlis pcti: sicut pͥncipia generis in rõne spẽi: ꝛ
iõ nõ ponunt in numerũ ɔtra spãlez deformitatẽ pcti: sic
hoc qḋ est auerti a deo. nõ obedire diue legi. ꝛc. hꝯ. inter
q̃ ɔputari dꝫ defectus ɔformitatis de qua loquimur. vñ
nõ opꝫ ꝙ talis defectus pctm̃ geminet vel pcti deformi-
3m taté. ¶ Ad 3m dõꝫ: ꝙ q̃uis faciẽs ɔtrariũ deformitati ex
hoc ipso peccet: tñ ex hoc ꝙ est gnãle nõ ponit in numerũ
4m ɔtra spãle. ¶ Ad 4m dõm: ꝙ ille qui peccat venialr quã-
uis nõ cõformet actu suã voluntatẽ diuine: cõformat tñ
habitu. nec tenet vt semp in actũ exeat: sꝫ pro loco ꝛ tpe.
Tenet tñ vt nunq̃ ɔtrariũ agat. peccãs aũt venialr non
agit ɔtra ɔformitatẽ pdictã: sꝫ pͥter eã. vñ nõ sequitur ꝙ
5m peccet mortalr. ¶ Ad 5m dõm: ꝙ nõ pro oi tempore quo
voluntas nostra in actũ exit obligat preceptũ de ɔformi
tate voluntatis: sꝫ pro illo tẽpore quo quis tenet de statu
sue salutis cogitare: sic qñ tenet cõfiteri vel sacramenta
6m accipere vel aliqd hꝯ facere. ¶ Ad 6m dõm: ꝙ aliquis di
cit obstinatus duplr̃. Uno mõ simplr̃: qñ.s. habꝫ volunta
tẽ irreuersibilẽ malo adherentez: ꝛ sic sunt obstinati illi
qui sunt in iferno. nõ aũt aliquis in hac vita existẽs. Illi
aũt qui sunt in inferno adhuc tenent ad cõformitatẽ de
qua agimus. Ad quã q̃uis ɔuenire nõ possint: ipsi tamen

hui⁹ ĩpotentie sibi causa extiterunt. vñ nõ conformando
peccãt: q̃uãuis forte nõ demerent: eo ꝙ nõ sunt viatores.
Alio modo dicit aliquis obstinatus ẜm quid: quãdo hꝫ
voluntatẽ adherentẽ malo: nõ quidẽ oĩno irreuersibilez
sꝫ per difficultatẽ: per quẽ modũ aliqui dicunt obstinati
in hac vita. Et tales possunt voluntatẽ suã cõformare di
uine. vñ nõ solũ peccãt nõ ɔformãdo: sꝫ etiã demerẽtur.
¶ Ad 7m dõm: ꝙ quilibꝫ tenet q̃tuz in se est ad charita 7
tẽ habẽdaz: ꝛ si nõ facit qḋ in se est peccat pctõ omissiõis:
nõ tñ opꝫ ꝙ in quolibꝫ instãti in quo nõ facit peccet: sed
tunc tñ qñ facere tenebat: vtpote cũ ei necessitas imine
bat aliqd faciẽdi: qḋ sine charitate fieri nõ põt: vt sacra-
mẽta accipere. ¶ Ad 8m dõꝫ: ꝙ duplr̃ ad aliqd tenemur. 8m
Uno mõ sic. ꝙ si nõ faciamus penã icurremus: qḋ est ꝓ- 2a ad alĩ
prie ad aliqd teneri. Et sic ẜm cõiorẽ opinionẽ non tene- qd tene
mur ad faciẽdũ aliqd ex charitate: sꝫ ad faciẽdũ aliquid mur.
ex dilectiõe nãli: sine qua ad minus quicq̃d fit male fit.
Et dico dilectionẽ nãlẽ nõ solũ illã que est nobis nãliter
indita: ꝛ est oibus cõis: vt ꝙ oẽs beatitudinẽ appetunt: sꝫ
illã ad quã aliquis per pͥncipia nãlia ɔuenire põt: que in-
uenit in bonis ex genere ꝛ in ṽtutib⁹ politicis. Alio mõ
dicimur ad aliqd teneri: qꝛ sine hꝯ nõ possumus finẽ bea-
titudinis ɔsequi. Et sic tenemur vt aliqd ex charitate fa
ciam⁹: sine qua nihil põt eẽ eterne vite meritoriuz. Et sic
pꝫ quo mõ modus charitatĩ aliquo mõ cadit sub pͨcepto:
ꝛ aliquo mõ nõ. ¶ Ad 9m dõm: ꝙ hõ cõformat deo cum 9m
sit ad ymaginẽ ꝛ silitudinẽ dei fact⁹. Quãuis autẽ ꝓpter
hoc ꝙ a deo in ĩfinitũ distat nõ possit eẽ ipsi⁹ ad deũ pro- ꝓpor⁰
portio: ẜm ꝙ ꝓportio ꝓprie in quãtitatib⁹ inuenit com- capit:
prehendẽs duarũ quãtitatũ adinuicẽ cõparatarũ certã
mensurã: ẜm tamẽ ꝙ nomẽ ꝓportionis translatũ est ad
quãlibꝫ habitudinẽ significandã vni⁹ rei ad rẽ aliã: vtpo
te cũ dicim⁹ hic eẽ ꝓportionã silitudinẽ: sic se hꝫ pͥnceps
ad ciuitatẽ ita gubernator ad nauim: nihil ꝓhibꝫ dicere
aliquã ꝓportionẽ hoĩs ad deũ: cũ in aliq̃ hītudie ad ipm
se hẽat: vtpote ab eo effect⁹ ꝛ ei subiect⁹. ¶ Uel põt dici
ꝙ finiti ad infim: q̃uis nõ possit eẽ ꝓpor⁰ ꝓpe accepta: tñ
põt eẽ ꝓportionalitas q̄ est duarũ ꝓportionũ silitudo. di
cimus.n. q̃ttuor eẽ ꝓportionata duob⁹: qꝛ sũt eoꝝ dupla:
sex vͦ esse q̃ttuor ꝓportionabilia: qꝛ sic se hñt sex ad tria:
ita q̃ttuor ad duo. Silr̃ finitũ ꝛ ĩfim: q̃uis nõ pñt eẽ ꝓpor-
tionata: pñt tñ eẽ ꝓportiõabilia: qꝛ sic ĩfim ẽ eq̃le ĩfinito:
ita finitũ finito. Et per hũc modũ est silitudo ĩter creatu
rã ꝛ deũ: qꝛ sic se hꝫ ad ea q̄ ei ɔpetũt: ita creatura ad sua
10m ꝓpria. ¶ Ad 10m dõꝫ: ꝙ creatura nõ dr̃ ɔformari deo q̃si
pticipãti eadẽ formã quã ipse pticipat: sꝫ qꝛ de⁹ ẽ substãr
ipsa forma: cui⁹ creatura ꝑ quãdã imitationẽ est pticipa
11m tiua: sic si ignis similaret calori ꝑ se sepato existẽti. ¶ Ad
11m dõm: ꝙ similitudo ꝛ ɔformitas: q̃uis sint relationes
equipantie: nõ tamẽ semp vtrũqꝫ extremoꝝ denoiat in
respectu ad alterũ: sꝫ tunc tñ quãdo forma ẜm quã attẽ-
ditur similitudo vel cõformitas eadẽ rõne in vtroqꝫ ex-
tremoꝝ existit: sicut albedo in duob⁹ hoib⁹: eo ꝙ vterqꝫ
cõueniẽter põt dici alteri⁹ formã hr̃e: qḋ significat cũ ali
quid silẽ alteri dr̃. Sꝫ quãdo forma est in vno pͥncipalr:
in altero vͦ q̃si secũdario: nõ recipit silitudis reciproca-
tio: sic dicimus statuã herculis silez herculi: sꝫ nõ ecõuer
so. nõ eni põt dici ꝙ hercules hẽat formã statue: sꝫ som ꝙ
statua hẽat herculis formã. Et per hunc moduz creature
dicunt eẽ deo silẽs ꝛ cõformes: nõ tñ ecõtra. Sꝫ ɔforma
tio cũ sit motus ad ɔformitatẽ non importat equipantie
relõnẽ: sꝫ pͥsupponit aliqd ad cui⁹ ɔformitatẽ alterũ mo-
ueat. vnde posteriora pͥorib⁹ cõformantur: sed non econ
uerso. ¶ Ad 12m dõm: ꝙ verbũ Ansel. est intelligẽdũ nõ 12m
pro tanto ꝙ hõ semp faciat volũtatẽ q̃tuz in ipso ẽ: sꝫ qꝛ

dina volūtas semꝑ de eo iplet̃ vl' eo volēte vel eo nolēte.



Octauo querit̃ vtrū teneamur cōforma re voluntatē nostrā volūtati di-
uine in volito: vt. s. teneamur velle hoc qḋ sci-
pm mus deū velle. ¶ Et videt̃ ꝙ nō. Paulus eni
cupiebat dissolui ⁊ eē cū xp̄o: vt dr̄ Phil. i. H
aūt deus nō volebat. vñ ibidem subdit̃: scio ꝙ manebo
ꝓpter vos. si ǧ tenemur hoc velle qḋ deus vult: Paulus
cupiens dissolui ⁊ esse cū xp̄o peccabat: qḋ est absurduz.
2m ¶ P̃. qḋ deus scit pōt alteri reuelare. scit aūt deꝰ aliquē
esse reprobatū. pōt ergo alicui suaz reprobationē reuela-
re. si ergo ponatur alicui reuelare: seqtur ꝙ iste teneatur
velle suā damnationē: si tenemur velle hoc quod scimus
deum velle. velle aūt suam damnationē est contrarium
charitati: per quā quilibz se diligit ad vitam eternam. er
go teneret̃ aliquis velle cōtra charitatē: qḋ est incōueni-
3m ens. ¶ P̃. prelato tenemur sicut deo obedire cuz ei vice
dei obediamus: sz non tenetur subditus facere aut velle
quicquid scit prelatum velle: si sciat prelatū velle qḋ ipe
faciat nisi hoc expresse ei ꝑcipiat. ǧ nō tenemur velle q-
4m quid deus scit vel quicqd deus vult nos velle. ¶ P̃. q-
quid est laudabile ⁊ honestum in xp̄o ꝑfectissime ac sine
oī cōtraria permixtione inueniī: sz xp̄s aliqua voluntate
voluit cōtrariū eius qḋ sciuit deuz velle. voluit enim ali-
qua volūtate nō pati: vt ostēdit orō qua orauit Math.
26. Pater si fieri pōt transeat a me calix iste. cū tamē de-
us vellet eum pati. ergo velle quicquid deus vult nō est
5m laudabile nec ad hoc tenemur. ¶ P̃. Aug. in lib. de ciui-
tate dei. dicit. tristicia est de his que nobis volētibꝰ acci
dunt: sz beata virgo dolorem sensit de filij morte: quē si-
gnificant verba Symeonis dicētis Luc. 2. tuam ipsius
aīam pertrāsibit gladius. ǧ beata virgo nolebat xp̄m pa
ti. deus autē hoc volebat: si ergo tenemur velle id qḋ deꝰ
vult: beata virgo in hoc peccauit: qḋ est incōueniēs: ⁊ ita
vr̄ ꝙ nō teneamur ꝯformare volūtatē nr̄az diue ī volito.
3p. **Sed contra.** sup illud psal. Nō adhesit mihi cor prauū. dicit glo. cor tortū habet qui
non vult quecūqꝫ deꝰ vult: sed quilibz tenetur cordis tor
titudinē vitare. ergo quilibz tenetur velle qḋ deus vult.
2: ¶ P̃. sm Tulliuz amicoꝝ est idez velle ⁊ idem nolle: sz
quilibz tenetur habere amiciciam ad deuz. ǧ quilibz te-
netur velle hoc qḋ deus vult: ⁊ non velle quod non vult.
3: ¶ P̃. ꝓpter hoc debemus voluntatē nostram diuine cō
formare: qr̄ voluntas dei regula est nostre voluntatis: vt
dicit glo. sup illud psal. rectos decet collaudatio: sz voli-
tum diuinū est regula omnis alterius voliti: cuz sit p̄mū
volitum: ⁊ p̄mū in quolibz genere sit mēsura eorum que
sunt post: vt dicit̃ in. 10. metaph. ergo tenemur volita no
4: stra cōformare diuino volito. ¶ P̃. peccatū precipue in
peruersitate electionis cōsistit: sz peruersitas electionis
est quādo minus bonum magis bono prefertur. hoc aūt
facit quicūqꝫ vult qḋ deus vult: cum constet id quod deꝰ
vult optimū esse. ǧ quicūqꝫ non vult id qḋ deus vult pec
5: cat. ¶ P̃. sm ph̄m virtuosus est regula ⁊ mēsura in oībꝰ
humanis actibus: sz christus est maxime virtuosus. ergo
xp̄o maxime nos debemus conformare tanqꝫ regule ⁊
mensure: sz christus voluntatē suam cōformabat diuine
q̄tum ad volita: qḋ omnes beati faciunt. ǧ ⁊ nos tenemur
voluntatē nostrā cōformare diuine q̄tum ad volita.
Rñ: **Responsio.** Dicēdū ꝙ in volito quodā modo te-
nemur nostram voluntatē cōforma-
re diuine: quodā modo vō nō. Scdm hoc eniz: vt dictuz
est: voluntatē nostram diuine cōformare tenemur: ꝙ bo
nitas diuine voluntatis regula est ⁊ mēsura omnis bone
voluntatis. Cuz aūt bonū ex fine depēdeat: voluntas bo-
na dicit̃ sm ordinē ad rōnem volēdi que est finis. Com-
paratio vero voluntatis ad volitū absolute nō facit actū
voluntatis esse bonū: cum ipsum volituz se habeat quasi
mālitar ad rōnē volēdi que est finis rectus. pōt eni vnū
⁊ idem volitū bene vel male appeti: sm ꝙ in diuersos fi
nes ordinatur: ⁊ ecōtrario diuersa ⁊ contraria volita pōt
quis bene velle: in finē rectuz referēdo vtrūqꝫ. Quāuis
ergo voluntas dei nō possit eē nisi bona. ⁊ omne quodcū
qꝫ vult bene velit: tñ bonitas in ipso actu volūtatis diui-
ne cōsideratur ex rōne volendi. i. ex fine ad quē ordinat:
quicquid vult qui est bonitas sua. Et ideo diuine volūta
ti simplr in fine cōformari tenemur: in volito aūt nō nisi
sm ꝙ illud volitum ꝯsideratur sub ordine ad finē. Qui
quidē ordo semper nobis debz placere: q̄uis hoc idē vo
litum possit nobis merito displicere sm aliquā aliam cō
siderationē: vtpote sm ꝙ in cōtrariuz finē est ordinabi-
le. Et inde est ꝙ voluntas humana sm hoc inuenit̃ ꝯfor
mari diuine voluntati in volito: qḋ se hz ad finez diuine
voluntatis. Uoluntas enim beatoꝝ qui sunt in cōtinua
cōtemplatione diuine bonitatis ⁊ ex ea regulant omnes
suas affectiones: vtpote plene cognoscētes vniuscuiusqꝫ
desiderādoꝝ ordinē ad ipsam: cōformātur diuine volū-
tati in quolibz suo volito. Omne eni qḋ sciunt deuz vel-
le: volunt absolute ⁊ sine aliquo motu in cōtrariū. pecca
tores vō qui sunt auersi a volūtate diuine bonitatis: dis-
cordāt in pluribus ab his que deus vult ea improbātes
⁊ nulla rōne assentiētes. Iusti vero viatores: quoꝝ volū
tas adheret diuine bonitati: ⁊ tamē eam nō ita ꝑfecte cō
templantur: vt omnē ordinē volendoꝝ ad ipsaz manife-
ste percipiāt: cōformātur quidē diuine voluntati q̄tum
ad illa volita: quoꝝ rationē percipiunt: quāuis in eis sit
aliqua affectio ad cōtrariū: laudabilis tamē ꝓpter aliuz
ordinē in eis cōsideratuz. Quā tamē affectionē nō obsti-
nate sequūtur: sz diuine volūtati supponunt: duz eis pla
cet ꝙ ordo diue voluntatis in oībus ipleat̃: sicut ille qui
vult patrē suū viuere ꝓpter affectū pietatis: quē deꝰ vult
mori si iustus sit: hāc suā ꝓpriā voluntatē diue supponit
vt nō impatienter ferat: si dei voluntas in cōtrarium ꝓ-
(prie voluntatis impleatur.
Ad primuz ǧ dōm: ꝙ Paulus cupiebat dissolui ⁊ Ad pm
eē cū xp̄o tanqꝫ ꝑ se bonū: nihilominꝰ tñ placebat ei ꝯtiū
in ordie ad fructū: quē deꝰ ex eiꝰ vita fieri volebat. vñ di
cebat ꝑmanere āt in carne necēiuz ꝓꝑ vos. ¶ Ad 2m dōz: 2m
ꝙ q̄uis de poᵗ absoluta deꝰ possit reuelare suā dānatiōz
alicui: nō tñ h pōt fieri de poᵗ ordiata: qr̄ talis reuelaᵒ co-
geret cū desꝑare. Et si alicui talis reuelaᵒ fieret: deberet
itelligi nō sm modū ꝓph̄ie ꝑdestinatiōis vel ꝑscie: sz per
modū ꝓph̄ie cōminatiōis: q̄ itellr̄ suppoᵐ ꝯditiōe meri-
toꝝ: sz dato ꝙ eēt itelligēda sm ꝑscie ꝓph̄iaz: adhuc non
teneret̃ ille cui talis reuelaᵒ fieret: velle suā dānationez
absolute: sz sm ordinē iusticie: q̄ deꝰ vult ꝑsistētes i pctō
dānare. nō. n. vult deꝰ ex ꝑte sua aliquez dānare: sz sm id
qḋ ex nobis ē vt ex supradcis pz. vñ velle suā dānationē
absolute nō eēt cōformare volūtatē suā diue: sz volūtati
3m pcti. ¶ Ad 3m dōz: ꝙ volūtas ꝓlati nō ē regula nr̄e volū-
4m tatis sic diua volūtas: sz ꝑceptū eiꝰ: ⁊ iō nō est sile. ¶ Ad
4m dōz: ꝙ passio xp̄i 2r ꝯsiderari poterat. Unoᵒ ꝑ se: inq̄-
tū. s. erat q̄dā afflictio inocentis. Alioᵒ sm ordinē ad fru
ctū ad quē deꝰ eā ordiabat: ⁊ sic erat a deo volita: nō aūt
ꝑ mō. Uolūtas ǧ xp̄i q̄ poterat istum ordinē ꝯsiderare. s.
volūtas rōnis hāc passionē volebat sic ⁊ deꝰ: sz voluntas
sensualitatis: cuiꝰ est nō cōferre: sz in aliqd absolute ferri
nō volebat hanc passionē: ⁊ in hoc diuine voluntati quo-
dāmodo in volito conformabatur: quādo nec ipse deus
passionem christi vellet scdm se solum consideratam.

5ᵐ ¶ Ad 5ᵐ dōm: q̄ voluntas beate virginis dissentiebat a
passione xp̄i in se cōsiderata: volebat tñ fructum salutis
qui ex passione xp̄i consequebat: ꝛ ita diuine voluntati cō-
formabatur quātum ad hoc q̄ volebat.

Ad p̄ᵐ in 3 **Ad primum** qd̄ in cōtrarium obycit̄ dōm: q̄ ver
ba glose sunt itelligēda de volitis
diuine voluntatis s̄m q̄ stat sub ordine ad finē ꝛ non abso
2ᵐ lute. ¶ Ad 2ᵐ dōm: q̄ amicicia cōsistit in concordia vo-
luntatū magis quo ad finē q̄ quo ad ipsa volita. plus enī
esset amicus febricitanti medicus qui ei vinum negaret
ꝓpter desiderium sanitatis: q̄ si vellet eius desiderio sa
3ᵐ tisfacere de vini potatiōe in periculū sanitatis. ¶ Ad 3ᵐ
dōm: q̄ sicut supra dictū est: p̄mū volitū a deo qd̄ est mē-
sura ꝛ regula oīum alioꝝ volitoꝝ est finis voluntatis ei⁹
s. sua bonitas. oīa v̄o alia non vult nisi ꝓpter hunc finē.
Et ideo dum voluntas nostra diuine voluntati cōformat̄
in fine ad p̄mū volitū omnia nostra volita regulantur.
4ᵐ ¶ Ad 4ᵐ dōm: q̄ electio habet in se ꝛ rōnis iudicium ꝛ
appetitum. Si ḡ aliquis iudicio preferat id qd̄ est minus
bonū magis bono: erit peruersitas electionis. non aūt si
preferat in appetendo. nō. n. homo tenet̄ ꝓsequi meliora
semꝑ in operando: nisi sint talia: ad que ex precepto obli
getur. aliter enī quilibꝫ teneret̄ sequi ꝑfectionis cōsilia:
5ᵐ que constat esse meliora. ¶ Ad 5ᵐ dōm: q̄ quedā sunt in
q̄bus xp̄m admirari possumus: nō imitari: sic ea que per-
tinent ad diuinitatē ei⁹: ꝛ ad beatitudinē quā habuit ad-
huc viator existēs: ad qd̄ ꝑtinebat qd̄ xp̄s q̄tum ad voli
ta rōnis voluntatē diuine voluntati cōformabat.

De libero arbitrio. Et hꝫ. 15. articulos. p̄ querit̄
vtrū homo sit liberi arbi. 2° vtrū li-
berū arbi. sit in brutis. 3° vtrū liberum arbi. sit in deo.
4° vtrū liberū arbi. sit potētia vel nō. 5° vtrū liberū ar-
bitriū sit vna potētia vel plures. 6° vtrū liberū arbi. sit
voluntas: vel po⁹ alia a voluntate. 7° vtꝝ possit esse ali-
qua creatura que liberū arbi. habeat nāliter cōfirmatū
in bono. 8° vtrū liberū arbi. creature possit confirmari
in bono per aliqd̄ donū gratie. 9° vtrū liberū arbi. hoīs
in statu vie possit cōfirmari in bono. 10° vtrū liberū ar-
bitriū creature possit esse obstinatū in malo: vel imuta-
biliter firmatū. 11° vtꝝ liberū arbi. hoīs in statu vie pos
sit esse obstinatū in malo. 12° vtrū liberū arbi. sine gra
tia i statu pc̄ti mortalis possit vitare pc̄tm̄ mortale. 13°
vtꝝ aliquis in gratia existēs possit vitare pc̄tm̄ mortale.
14° vtrū libeꝝ arb. possit in bonū sine gr̄a. 15° vtꝝ hō si-
ne gr̄a possit se ꝑparare ad gr̄am hn̄dam. Q̄ō XXIIII.



Questio est de libero arbitrio. Et p̄°
querit̄. vtrū sit liberū arbi.
p̄ᵐ ¶ Et videt̄ q̄ non. vt. n. dr̄ Jere. 10. nō est
hoīs via: nec viri est vt ambulet ꝛ dirigat
gressus suos: s̄m hoc aūt dr̄ aliqd̄ esse libi
arbi. q̄ est dn̄s suoꝝ operū. ḡ homo nō est
libi arb. ¶ Sꝫ diceret̄. q̄ verbum ꝓphete
itelligit̄ de actib⁹ meritorijs qui nō sunt in nāli hoīs po-
2ᵐ testate. ¶ Sed cōtra. ad ea que nō sūt in ptāte nostra nō
sumus libi ar. si ḡ merita nō sunt in ptāte nostra nō sum⁹
liberi arb. ad merendū: ꝛ sic actus meritorij nō ꝓcedent
3ᵐ ex libo ar. ¶ P̄. s̄m ph̄m in p̄ meta. libeꝝ est qd̄ cā sui ē: sꝫ
mens humana hꝫ aliā cām sui motus q̄ seipsam. s. deum:
q̄ Ro. p̄. sup illō. Propterea tradidit illos deus. dī. glos.
manifestū est deū operari in mentib⁹ hoīum ad cōuertē-
das volūtates eoꝝ in quodcūq̄ voluerit. ḡ mens huma-
na nō est libi ar. ¶ Sꝫ diceret̄. q̄ mēs humana est sic cā
p̄ncipalis sui actus. deus aūt sicut remota: ꝛ hoc nō impe
4ᵐ dit mētis libertatē. ¶ Sꝫ ꝯtra. quanto aliqua causa ma
gis influit in effectū tāto est p̄ncipalior: sꝫ cā p̄ma plus i-
fluit in effectū q̄ scd̄a: vt dr̄ in lib⁹ de causis. ḡ cā p̄ma est
p̄ncipalior q̄ scd̄a: ꝛ ita mens nostra nō est p̄ncipalis cau
sa sui actus sꝫ deus. ¶ P̄. oē qd̄ mouet motum mouet sic 5ᵐ
instrm̄: vt pꝫ ꝑ Cōmē. in. 8. phy. istrm̄ aūt nō est libeꝝ ad
agendū cum nō agat nisi s̄m q̄ aliquis eo vtit̄. cū ḡ mens
humana nō operet̄ nisi mota a deo: videt̄ q̄ nō sit libi ar.
¶ P̄. liᵐ. arᵐ. dr̄ esse facultas voluntatis ꝛ rōnis q̄ bonū 6ᵐ
eligit̄ gr̄a assistente: vel malū eadē deficiēte: sꝫ multi sūt
qui nō habēt gr̄am. ḡ nō p̄nt libere eligere bonū: ꝛ ita nō
hn̄t liᵐ. arᵐ. ad bona. ¶ P̄. seruit⁹ libertati opponit̄: sꝫ in 7ᵐ
hoīe iuenit̄ seruitus peccati: q̄ qui facit pc̄tm̄ seruus est
pc̄ti: vt dr̄ Jo. 8. ḡ in hoīe nō est liᵐ. arᵐ. ¶ P̄. Ans. dic̄ in 8ᵐ
li° de li° ar°: si hēremus potētiā peccādi ꝛ nō peccādi. gr̄a
nō idigerem⁹. po⁹ autē peccādi ꝛ nō peccandi est liᵐ. arᵐ.
cū ḡ gr̄a idigeamus liᵐ. arᵐ. nō hēmus. ¶ P̄. ab optimo 9ᵐ
vnūqd̄q̄ denoiandū est: vt ex ph̄o habet̄ in 2° de aīa. sed
optimū iter humanos actus sunt actus meritorij. cū igit̄
ad hos hō nō sit libi ar. q̄ vt dr̄ Jo. 15. sine me nihil pote-
stis facere qd̄ de actib⁹ meritorijs intelligit̄: videt̄ q̄ hō
nō sit dicēdus libi ar. ¶ P̄. Aug. dic̄. Q̄ hō noluit abstie 10ᵐ
re a pc̄tō cū potuit: inflictū est ei nō posse cum velit. ḡ non
est in ptāte hoīs peccare ꝛ nō peccare: ꝛ sic videt̄ nō esse
dn̄s suoꝝ actuū nec libi ar. ¶ P̄. Ber. distiguit triplicē 11ᵐ
libertatē. s. libertatē ar. libertatē ꝯsilij: ꝛ libertatē hn̄pla
citi: ꝛ dicit q̄ libertas arbitrij est qua discernimus q̄d li-
ceat: libertas cōsilij qua discernimus q̄d expediat: liber-
tas hn̄placiti qua discernimus q̄d libeat: sꝫ discretio hu-
mana per ignorantiā est sauciata. ḡ videt̄ q̄ libertas ar.
que in discretione ꝯsistit in hoīe post pc̄tm̄ nō remansit.
¶ P̄. respcū eoꝝ homo nō hꝫ libertatē: respcū quoꝝ hꝫ 12ᵐ
nc̄citatē: sed respectu pc̄tōꝝ hō hꝫ necessitatē: q̄ post pec-
catū s̄m Aug. necesse est hoīem peccare: ante reparationē
quidē mortalr̄: post reparationem v̄o saltem venialr̄. ḡ ad
peccata hō nō est li. arbitrij. ¶ P̄. quicquid deus prescit 13ᵐ
necesse est euenire: cū prescia dei falli nō possit: sꝫ omnes
actus humanos deus prescit. ḡ de necessitate eueniunt: ꝛ
ita homo nō est liberi ar. ad agendum. ¶ P̄. quāto aliqd̄ 14ᵐ
mobile est magis ꝓpinquū p̄mo motori: tanto est magis
vniforme in suo motu: sic pꝫ de corporib⁹ celestib⁹: quoꝝ
motus semper eodē modo se habent: sꝫ cū oīs creatura a
deo moueat̄: mouet enī creaturā corporalē per tēp⁹ ꝛ lo-
cū: spūalem v̄o per tempus: vt dicit Aug. 8. super Gen. ad
lrām. rōnalis creatura est mobile ꝓpinquissimū deo: qui
est p̄mus oīum motor. ḡ hꝫ motum maxime vniformē: et
sic facultas eius ad plura nō se extendit vt per hoc possit
dici libi ar. ¶ P̄. s̄m ph̄m i 2° ce. ꝛ mun. de nobilitate su- 15ᵐ
premi celi est vt finē suū motu vnico cōsequatur: sꝫ aīa
rōnalis est nobilior illo celo: cū spūs corpori preferat̄ s̄m
Aug. 8. de ci. dei. ḡ aīa humana hꝫ vnicū motū: ꝛ ita nō vi
det̄ eē libi ar. ¶ P̄. decuit diuinā bonitatē vt creaturā sub- 16ᵐ
limissimā optime collocaret: sꝫ optime collocatum est qd̄
imobilr̄ optimo adheret: ḡ decuit vt deus rōnalem nām:
que est sublimissima iter creaturas: faceret talē que sibi
imobilr̄ adhereret: q̄ si eēt libi ar. vt videt̄: n̄ hr̄et. ḡ de-
cuit vt natura rōalis sine li° ar° fieret. ¶ P̄. ph̄i diffini- 17ᵐ
unt liberū ar. esse liberū de rōne iudiciū: iudicium v̄o rō-
nis cogi pōt virtute demōstratiōis: qd̄ aūt cogit̄ non est
liᵐ. ergo hō nō est libi. ar. ¶ P̄. ꝓpter hoc itellect⁹ seu rō 18ᵐ
cogi pōt: q̄ est aliqd̄ verū cui nulla falsitas admiscet̄: nec
apparētia falsitatis. vn̄ nō est intellect⁹ subterfugere: q̄n
ei assentiat: sed silr̄ inuenit̄ aliqd̄ bonū cui nihil malicie
admiscet̄ nec s̄m rei veritatē nec s̄m apparētiā. cū ḡ bo-
nū sit obm̄ voluntatis sicut verū intellectus: videt̄ q̄ sic
itellect⁹ cogit̄ ita volūtas: ꝛ sic hō nō hꝫ libtatē: nec q̄tum
ad volūtatē nec q̄tᵐ ad rōnē: ꝛ sic nō hēbit liᵐ. arᵐ. qd̄ est

19m facultas volũtatis ꝛ rõnis. ¶ P. ſm pħm in 3° ethi. ꝙlis
vnuſquiſq; eſt: talis finis vr ei: ſed non eſt in pt̃ate nr̃a ꝙ
ſum⁹ tales vel tales: cũ hoc hõ ex natiuitate hẽat ꝛ depen
deat vt ꝗbuſdã vr ex diſpõne ſtellaꝝ. ergo nõ eſt in pt̃ate
nr̃a vt hunc vel illũ finẽ approbem⁹: ſed omne iudicium
6m de agendis ex fine ſumit̃. ergo nõ ſum⁹ libi ar. ¶ P. libe
rum neceſſitati opponit̃: ſed reſpectu quorũdã voluntas
hominis neceſſitatẽ hʒ: de neceſſitate. n. vult btĩtudinẽ. ꝗ
nõ hʒ reſpectu oĩuʒ libertatẽ: ꝛ ita nõ ẽ libi ar. ꝗtũ ad oĩa.

Cõtra p. **Sed contra** eſt qḋ dr̃ eccl. 15. Deus ab initio ꝯſti
tuit hoĩeʒ ꝛ reliquit eũ in manu cõ
2° ſilij ſui. glo. i. ĩ pt̃ate libi ar. ¶ P. iuenit̃ in reb⁹ aliqḋ agẽs
qḋ agit ex nihilo ꝛ nõ ex neceſſitate. ſ. deus: aliqḋ ẽt agẽs
qḋ agit ex aliquo: ꝛ ex neceſſitate: ſicͭ agentia nãlia: ſed po
ſitis extremis in reꝝ nã ꝯñs eſt vt media ponant̃ ſcḋm
pħm in. 2. ce. ꝛ mũ. Inter hec aũt duo nõ pt̃ eẽ niſi duplex
mediũ: quoꝝ alterũ eſt ipoſſibile eẽ. ſ. agens ex nihilo ꝛ
de neceſſitate: ex nihilo aũt agere ſolius dei eſt qui nõ ex
neceſſitate agit: ſed ex voluntate. ꝗ relinquit̃ eẽ aliquid
qḋ agat ex aliquo: ꝛ nõ ex neceſſitate: ꝛ hoc eſt rõnalis nã
que agit ex preſuppoſita mã: ꝛ nõ ex neceſſitate: ſed ex ar.
3° libertate. ¶ P. liber ar. ẽ facultas volũtatis ꝛ rõnis: ſʒ ĩ
4° homine inuenit̃ rõ ꝛ volũtas. ꝗ ꝛ liber ar. ¶ P. ſcḋʒ pħʒ
in 3° ethi. conſiliũ non eſt niſi eoꝝ que in nobis ſunt: ſʒ ho
mines de ſuis actibus conſiliant̃. ergo homines ſunt dñi
5° ſuoꝝ actuũ. ꝛ p h liber ar. ¶ P. pcepta ꝛ phibitiões fie
ri non debẽt niſi ei qui põt facere ꝛ nõ facere: alias. n. fru
ſtra fierent: ſed homini diuinit⁹ fiũt phibitiões ꝛ pcepta.
ꝗ in hominis pt̃ate eſt facere ꝛ non facere: ꝛ ita eſt liberi
6° ar. ¶ P. nullus dʒ puniri vel premiari pro eo qḋ nõ eſt in
eius pt̃ate facere ꝛ non facere: ſed homo iuſte a deo puni
tur ꝛ pmiat̃ pro ſuis operibus. ꝗ hõ põt operari ꝛ nõ ope
7° rari: ꝛ ita eſt libi ar. ¶ P. oĩum q̃ fiunt aliquã cãm pone
re opꝫ: ſed humanoꝝ actuũ nõ poſſum⁹ ponere cãʒ ipſuʒ
deũ imediate: qꝛ ea que a deo imediate fiũt nõ pñt eẽ niſi
bona. actus aũt humani ſunt qñq; boni qñq; mali. Simi
liter non põt dici ꝙ humanoꝝ actuũ ſit cauſa neceſſitas:
qꝛ ex neceſſitate pueniunt que ſemꝑ eodẽ modo ſe habẽt
qḋ in humanis actibus nõ videmus. Similr̃ non põt di
ci ꝙ fatũ vel ſtellaꝝ diſpoſitio ſit cauſa eoꝝ: qꝛ oporteret
actus humanos ex neceſſitate accidere: ſicͭ ꝛ cauſa neceſ
ſaria eſt. Nec ẽt nã eoꝝ cã eẽ põt: qḋ oſtẽdit humanoꝝ
actuũ varietas: nã enim determinata eſt ad vnuʒ nec ab
eo deficit niſi in minori pte. Nec fortuna vel caſus hũano
rum actuũ cã eẽ põt: qꝛ fortuna ꝛ caſus ſunt cã eoꝝ que
raro ꝛ pter itentionẽ accidũt: vt dicit̃ in 2° phiſico. qḋ in
hũanis actib⁹ nõ apparet: relinquit̃ igr̃ ipʒ hoĩeʒ faciẽtẽ
eẽ pn̄m ſuoꝝ ppꝛioꝝ actuũ: ꝛ per h eẽ liberi ar.

Rñs. **Respondeo.** Dicḋm ꝙ abſq; omni dubitatiõe ho
minem arbitrio liberũ ponere opꝫ.
Ad h eni fides aſtringit cũ ſine libero ar. nõ poſſit eẽ me
ritũ vel demeritũ iuſta pena vel pmiũ. Ad hoc etiam ma
nifeſta indicia iducũt: quib⁹ apparet hominẽ libere vnũ
eligere ꝛ aliud refutare. Ad hoc ẽt euidẽs rõ cogit: qua g
deʒ ad iueſtigationẽ liberi ar. originẽ ſequẽtes h mõ pce
dem⁹. In rebus eni que mouent̃ vel aliqḋ agunt hec i ue
nitur dr̃ia: ꝙ quedam pn̄m ſui mot⁹ vel opatiõis in ſeipſis
hñt: quedã vo extra ſe: ſicut ea q̃ per violentiã mouent̃: in
quibus pn̄m eſt extra nil cõferente vim paſſo ſm pħm in
3° ethi. in qb⁹ liber ar. ponere nõ poſſum⁹: eo ꝙ nõ ſunt cã
ſui mot⁹. liber aũt ẽ qḋ ſui cã eſt: ſm pħʒ in pn̄° meta. Eo
ruʒ aũt quoꝝ pn̄m motus ꝛ operis in ipſis eſt: q̃dam talia
ſunt ꝙ ipſa ſeipſa mouent ſicut aĩalia. Quedã aũt que nõ
mouent ſeipſa: ꝗuis in ſeipſis ſui mot⁹ aliqḋ pn̄m hñt: ſicͭ
grauia ꝛ leuia: non enim ipſa ſeipſa mouent: cũ nõ poſſint

diſtingui in duas partes: quaꝝ vna ſit mouens: ꝛ alia mo
ta: ſicut in aĩalib⁹ inuenit̃: ꝗuis mot⁹ eoꝝ conſequat̃ ali
qḋ pn̄m in ſeipſis. ſ. formã. Quã quia a generante hñt di
cunt̃ a generante moueri per ſe ſm pħm in. 8. phiſi. ſʒ a
remouẽte phibens per accñs: ꝛ hec mouentur ſeipſis. ſʒ
nõ a ſeipſis: vñ nec in his liber ar. iuenit̃: qꝛ nõ ſunt ſibyp
ſis cauſa agendi vel mouendi: ſʒ aſtringunt̃ ad agendum
vel mouendũ per id qḋ ab altero receperũt. Eoꝝ aũt q̃ a
ſeipſis mouent̃: quorũdã mot⁹ ex iudicio rõnis pueniũt:
quorũdaʒ vo ex iudicio naturali. Ex iudicio rõnis hoĩes
agũt ꝛ mouent̃: conferunt. n. de agẽdis: ſed ex iudicio nã
li agunt ꝛ mouent̃ omnia bruta. Quod quidẽ pʒ: tum ex
hoc ꝙ oĩa que ſunt eiuſdẽ ſpẽi ſimiliter opant̃: ſicut oẽs
yrundines ſimilr̃ faciunt nidũ: tũ ex hoc ꝙ hñt iudiciuʒ
ad aliqḋ opus determinatũ ꝛ nõ ad oĩa: ſicut apes non ha
bent induſtriaʒ ad faciendũ aliqḋ aliud opus niſi fauos
mellis: ꝛ ſilr̃ eſt de alijs aĩalibus. vñ recte conſiderãti ap
paret: ꝙ per quẽ modũ attribuit̃ motus ꝛ actio corpori
bus nãlib⁹ inaĩatis: p eũdẽ modũ attribuit̃ brutl aĩalib⁹
iudiciũ de agendis. Sicut. n. grauia ꝛ leuia non mouent
ſeipſa: vt per hoc ſint cã ſui motus: ita nec bruta iudicant
de ſuo iudicio: ſed ſequunt̃ iudiciũ ſibi a deo inditũ: ꝛ ſic
non ſunt cã ſui arbitrij: nec libertatẽ arbitrij hñt. hõ vero
per virtutẽ rõnis iudicãs de agendis poteſt de ſuo ar° iu
dicare. inq̃tum cognoſcit rõnẽ finis: ꝛ ei⁹ qḋ ẽ ad finem
ꝛ btitudinẽ ꝛ ordinẽ vni⁹ ad alteꝝ. Et iḋ nõ eſt ſolũ cã ſui
ipſius in mouendo ſed in iudicãdo. Et iḋ ẽ liberi ar. ac ſi
diceret̃ liberi iudicij de agendo vel non agendo.

Ad primum ergo dicḋʒ. ꝙ in opere hoĩs duo ẽ iue Ad p°
nire. ſ. electionẽ operũ: ꝛ hec ſemꝑ
in hominis pt̃ate ꝯſiſtit: ꝛ opeꝝ geſtionẽ ſiue executionẽ:
ꝛ hec nõ ſꝑ in pt̃ate hoĩs eſt: ſed diuina puidentia gubernã
te ppoſitũ hominis ad finẽ qñq; pducit̃: qñq; vero non.
Et ideo hõ non dicit̃ eẽ liber ſuaꝝ actionũ: ſed liber ſue
electionis que ẽ iudiciũ de agendis. Et hoc ipſuʒ nomen
libi ar. demõſtrat. Uel põt diſtingui demeritorio ope: ſicͭ
in obiectionibus tactum eſt: tñ pma reſponſio eſt Grego.
niſſeni. ¶ Ad 2m dicḋm. ꝙ opus meritoriũ a nõ meritorio 2m
nõ diſtat in quid agere: ſed in qualr̃ agere. Nihil. n. eſt qḋ
vnus hõ meritorie agat ꝛ ex caritate: qḋ alius non poſſit
abſq; merito agere vel velle. Et iḋ hoc qḋ hõ nõ põt ſine
gratia agere opera meritoria nihil derogat pfecte liber
tati: qꝛ hõ dr̃ eẽ libi ar. ſm ꝙ põt agere hoc vel illud: nõ
ſcḋm ꝙ põt ſic vel ſic agere: qꝛ ſcḋm pħm ille qui nõduʒ
hʒ habitũ virtutis non habʒ in ſua pt̃ate agere talr̃ qualr̃
virtuoſus agit: niſi inq̃tũ põt acquirere habitũ virtutis.
Gratiam aũt: que opera meritoria facit: ꝗuis hõ non poſ
ſit ex libo ar. acqrere: põt tñ ſe ad gratiã habẽdã pparare:
que ei a deo non denegabit̃ ſi fecerit qḋ in ſe eſt. Et iḋ nõ
ẽ oĩo extra pt̃atẽ libi ar. opa meritoria agere: ꝗuis ad h
per ſe ptãs libi ar. nõ ſufficiat: eo ꝙ modus q ad meritũ
requirit̃ facultateʒ nature excedit: nõ aũt modus: qui eſt
in operibus ex virtutib⁹ pollliticis. nullus aũt diceret pro
pter h hominẽ nõ eẽ libi ar. qꝛ non põt talr̃ velle vel eli
gere q̃liter deus vel angelus. ¶ Ad 3m dicḋm. ꝙ de⁹ ope 3m
rat̃ in vnoquoq; agẽte etiã ſʒ modũ illius agẽtis: ſicͭ cã
pma operat̃ in operatione cauſe ſcḋe: cũ ſcḋa cã nõ poſſit
in actũ pcedere niſi p vtutẽ cauſe pme. Unde p h ꝙ de⁹
eſt cã operãs in cordib⁹ hominũ: nõ excludit̃ qn ipẽ hu
mane mẽtes ſint cauſe ſuoꝝ motuũ. Unde nõ tollit̃ ratio
libertatis. ¶ Ad 4m dicḋʒ. ꝙ cã pma dr̃ eẽ pncipalis ſim 4m
pliciter loquẽdo: pꝑ h ꝙ magis iſluit in effectũ: ſʒ cã ſcḋa
ſm qd pncipalis eſt: inq̃tũ effcũs ei magis ꝯformantur.
¶ Ad 5m dicḋm. ꝙ inſtrm̃ dupl'r dr̃. Uno mõ proprie: qñ. ſ. 5m
aliqd ita ab altero mouet̃ ꝙ nõ ꝯfert̃ ei a mouente aliqḋ

p̄ncipiū talis motus:sicut serra mouet̃ a carpētario:ꝛ ta/
le istrumētū nō est expers libertatis. Alio mō dr̃ instrm
magis cōiter quicq̄d est mouens ab alio motū:siue sit in
ipso p̄n^m sui motus siue nō:ꝛ sic ab instrumēto non oꝫ ꝙ
omnimo excludat̃ rō libertatis:q2 aliquid pōt eē ab alio
6^m motū:qđ tñ seipsum mouet:ꝛ ita ē de mēte hūana. ⸿ Ad
6^m dōm.ꝙ ille qui non hꝫ grām pōt eligere bonū:sed non
meritorie.hoc aūt nō derogat libertati arbitrij vt dictuꝫ
7^m est. ⸿ Ad 7^m dōꝫ.ꝙ seruit⁹ pcti nō dicit coactionē:sꝫ vel
inclinationē inq̄tū pctm̄ precedēs aliquo modo inducit
ad sequentia:vel per defectū virtutis nālis:que nō pōt se
a macula peccati eripere:cui se semel subdidit:ꝛ iō semꝑ
in homine remanet libertas a coactiōe:per quā nāliter ē
8^m liberi ar. ⸿ Ad 8^m dōm.ꝙ ansel.in verbis illis loquitur
quasi obyciendo. Ipse enim postmodū ostendit ꝙ indi
9^m gentia grē libero ar.non cōtradicit. ⸿ Ad 9^m dōm.ꝙ ad/
ipsum opus qđ est meritoriuꝫ se extendit ptās liberi ar.
q̄uis nō sine deo:sine cuius virtute nihil est in mūdo qđ
agere possit. Sed motus ille quo opus fit meritoriuꝫ na/
10^m turalem facultatē excedit:vt dictū est. ⸿ Ad 10^m dōm.ꝙ
circa hoc est duplex opinio. Quidā enim dicunt ꝙ hō in
pctō mortali exn̄s nō pōt vitare diu quin mortalr̄ peccet:
pōt tñ vitare hoc vel illud pctm̄ mortale:sicut cōiter oēs
dicunt de pctis venialibus:ꝛ sic non vr̃ hec necessitas tol
lere arbitrij libertatem. Alia opinio est ꝙ hō in pctō mor
tali existens pōt oē pctm̄ mortale vitare:non tñ pōt vita/
re quin sit sub peccato:q2 nō pōt per seipsum a peccato re
surgere:sicut potuit per seipsum in pctm̄ cadere:ꝛ secūdū
hoc facilius sustinet̃ arbitrij libertas. de hoc tñ infra que
11^m retur cū erit questio de ptāte liberi ar. ⸿ Ad 11^m dōm.ꝙ
voluntas nr̄a fert̃ in finē vel in id qđ est ad finē. In finē
vero honestuꝫ vel delectabilem vel vtilē:s̄m ꝙ triplex
bonū distiguit̃.honestū.vtile.ꝛ delectabile. Respectu ḡ
finis honesti ponit ber.libertatem arbitrij:respectu boni
vtilis.qđ est ad finē:libertateꝫ consilij:respectu aūt boni
delectabilis libertatē bn̄placiti. Quāuis aūt discretio.sit
per ignorantiā diminuta:non tñ oīno ablata. Et iō liber/
tas arbitrij per pctm̄ est quidē debilitata:sed nō omnino
12^m amissa. ⸿ Ad 12^m dōm.ꝙ hō hꝫ necesse peccare post pec
catum an̄ reparationem.i.habere pctm̄:nō aūt habet ne/
cesse vti pctō s̄m vnaꝫ opionem. Sic igit̃ dupl'r peccare
dr̃ sicut ꝛ videre s̄m phm̄ in.2.de anima. vel s̄m aliā opi/
nionē hꝫ necesse peccare aliquo pctō:cuꝫ tñ respectu nul/
13^m lius habeat necessitatē. ⸿ Ad 13^m dicendum.ꝙ ex p̄scia
dei nō pōt cōcludi ꝙ actus nr̄i sint necessarij necessitate
absoluta:q̄ dr̃ necessitas ꝯsequētis:sed necessitate ꝯditio/
nata que dicitur necessitas consequentie:vt pꝫ per Boe^m
14^m in fine de consol.phie. ⸿ Ad 14^m dōm.ꝙ moueri dupl'r
dicitur. Uno mō ꝓprie put phs diffinit motū in 3.phisi.
dicens ꝙ mot⁹ est act⁹ existis in potentia s̄m ꝙ hꝫ. Et sic
verū est ꝙ quanto aliqđ mobile ꝓpinquius est p̄mo mo/
tori:tanto in eo maior vniformitas motus inuenitur:q2
quanto ē ꝓpinqui⁹ p̄mo motori:tanto est perfectius ꝛ ma
gis in actu existens ꝛ minus in potentia:ꝛ ideo paucioři/
bus motibus mobile. ⸿ Alio modo dicitur motus large
operatio quelibet:sicut intelligere vel sentire. Et sic accipi/
endo motū phs dicit in tertio de aīa:ꝙ mot⁹ est act⁹ per/
fecti:q2 vnūqđq3 operatur s̄m ꝙ est in actu. Et sic quodā/
modo ꝓpositio hꝫ veritatē quodāmō v̄o non. Si enim
vniformitas mot⁹ attendat̃ ex pte effectuū sic falsitateꝫ
habet:quia q̄to aliquod operans est virtuosi⁹ ꝛ pfectius
tanto ad plures effect⁹ eius virtus se extendit. Si v̄o at/
tendat̃ quātū ad modū agendi:sic ꝓpositio veritatē hꝫ:
q2 q̄to est perfectius aliqđ operans tanto magis obser/
uat eundē modū in agendo:q2 min⁹ variat̃ a sua natura

ꝛ dispositione:quā sequit̃ modus agendi. mentes aūt rō/
nales dicunt̃ esse mobiles:nō p̄mo mō motus:q2 talis mo
tus est solū corpoꝝ:sed secūdo. Sic etiā plato posuit pri/
mum mouens mouere seipsum:inq̄tū vult se ꝛ itelligit
se:vt cōmenta.dicit in octauo phisico. Et iō nō opꝫ ꝙ mē
tes rationales sint determinate ad aliquos effect⁹:sed re
spectu multoꝝ efficaciā habent rōne cuius competit eis
libertas. ⸿ Ad 15^m dōm.ꝙ non semꝑ opꝫ illud nobilius 15^m
esse qđ paucioribus motibus vel operationibus suū finem
consequi potest:q2 ante aliquid consequit̃ pfectiorē fineꝫ
pluribus operationibus q̄ʒ alteꝝ vnica operatione conse
qui possit:sicut idē phs dicit. Et hoc modo mentes rōna/
les perfectiores inueniunt̃ summo celo:qđ vnū tñ motū
hꝫ:q2 pfectiorē finē ꝯsequit̃:q̄uis pluribus operatiōib⁹.
⸿ Ad 16^m dōm.ꝙ q̄uis creatura esset melior si imobil'r 16^m
deo adhereret:tñ illa est bona:que pōt deo adhere ꝛ nō
adherere:ꝛ ita melius est vniuersuꝫ:vbi vtraq3 creatura
inuenit̃:q̄ʒ si altera tñ inuenit̃. Et hec est responsio Aug.
vel pōt dici s̄m Grego.nissenū ꝛ Dam.ꝙ hoc est ipossibi
le aliquā creaturā esse voluntate imutabili adherentem
deo per ꝓpriā nāꝫ:eo ꝙ cū sit ex nihilo flexibilis est. Si
tñ aliq̄ creatura imobil'r adhereret deo:nō ꝓpter h̄ p̄ua/
tur libero arbitrio:q2 pōt adherēdo multa facere vel nō
facere. ⸿ Ad 17^m dicendū.ꝙ iudiciū cui attribuit̃ liber/ 17^m
tas est iudiciū electionis:nō aūt iudiciū quo sentētiat hō
de cōclusionibus in scientijs speculatiís.nam ipsa electio
est q̄si quedā scientia de preconsiliatis. ⸿ Ad 18^m dōm. 18^m
ꝙ sicut aliquid veꝝ est qđ ꝓpter ipmixtionē falsi de ne/
cessitate ab intellectu recipit̃ sicut p̄ma p̄ncipia demon/
stratiōis:ita est aliquod bonū qđ ꝓpter malitie impmix
tionē de necessitate a voluntate appetit̃.s.ipsa felicitas.
Nō tñ sequit̃ ꝙ ab illo obiecto volutas cogat̃:q2 coactio
dicit aliq̄d ꝯtrū voluntati:que est ꝓpria inclinatio volen
tis:non aūt dicit aliq̄d ꝯtrū intellectui qui nō dicit incli/
nationē intelligentis. Nec ex necessitate illius boni idu/
cit̃ necessitas volūtatis respectu alioꝝ volendorū:sicͤ ex
necessitate p̄moꝝ p̄ncipioꝝ iducit̃ intellectui necessitas
ad assentiendū cōclusionib⁹:eo ꝙ alia volita non hn̄t ne/
cessariā hitudinē ad illud p̄mū volitū:vel scđm veritatē
vel secūdū apperentiā:vt.s.absq3 illis p̄mū volitū hr̄i nō
possit:sicut ꝯnes demōstratiue hn̄t necessariā hitudineꝫ
ad p̄ncipia ex quib⁹ demōstrant̃:ita ꝙ ꝯnibus non existē
tib⁹ veris necesse ē p̄ncipia nō esse vera. ⸿ Ad 19^m dōm. 19^m
ꝙ hoīes ex natiuitate non consequunt̃ aliquā dispōnem
imediate in aīa intellectiua:per quā de necessitate incli/
nent̃ ad aliquē finē eligendū:nec a corpore celesti:nec ab
aliquo alio:nisi ꝙ ex ipsa sui nā inest eis necessari⁹ appe/
titus vltimi finis.s.beatitudinis:qđ nō ipedit arbitrij li
bertatē:cū diuerse vie remaneāt eligibiles ad cōsecutio/
nem illius finis. Et hoc ideo q2 corpora celestia non hn̄t
imediatā impressionem in aīam rōnalē. Ex natiuitate āt
consequit̃ in corꝑe nati aliqua dispō:tum ex virtute cor/
poꝝ celestiū:tum ex causis inferioribus que sunt semē ꝛ
mā cōcepta:per quā aīa quodāmō ad aliq̄d eligēdū ꝓna
efficit̃:s̄m ꝙ electio anime rōnalis inclinat̃ ex passioni/
bus que sunt in appetitu sensitiuo qui ē po^a corporalis cō
sequēs corporis dispōnes. Sed ex hoc nulla necessitas in
ducit̃ eis ad eligendū:cū in ptāte anime rōnalis sit acci/
pere:vel etiā refutare passiōes subortas. postmodū vero
homo efficit̃ aliqualis per aliquē habitū acquisitū:cuius
nos causa sumus:vel infusuꝫ:qui sine nr̄o consensu nō da
tur:q̄uis eius cā non sim⁹. Et ex hoc habitu efficit̃ ꝙ hō
efficaciter appetat finē consonū illi habitui:ꝛ tñ ille ha/
bit⁹ necessitatē non inducit nec libertatē electiōis tollit.
⸿ Ad 20^m dōm.ꝙ cū electio sit quoddā iudiciū de agen

dis vel iudiciuz consequat̃: de hoc pōt esse electio: qḋ sub
iudicio nostro cadit. Judiciū aūt in agēdis sumit̃ ex fine
sicut de conclusionibus ex pncipijs. vñ sicut de pmis pn
cipijs non iudicam⁹ ea examinantes: sed nāľr eis assenti/
mus ⁊ fm ea oīa alia examinam⁹: ita ⁊ in appetibilib⁹ de
fine vltimo non iudicam⁹ iudicio discussionis vel exami
natiōis: sʒ nāľr approbam⁹. ppter qḋ de eo nō est electio:
sed voluntas. habemus ergo respectu eius liberā volun/
tatem: cū necessitas naturalis inclinationis libertati nō
repugnet: secūdū Aug. 5. de ci. dei. nō aūt libeꝝ iudicium
pprie loquendo: cū nō cadat sub electione.

1ᵐ SEcundo queritur vtꝝ liberū arbitriū sit i brutis. ℂ Et videt̃ ꝙ sic.
sʒ hoc. n. dicimur eē liberi ar. ꝙ actus nri sint
voluntarij: sed voluntario ⁊ pueri ⁊ bruta cōi
cant fm phm in tertio ethi. ergo liberū ar. est
2ᵐ in brutis. ℂ Preterea. fm phʒ in octauo phisic. in omni
eo quod mouet seipsum est moueri ⁊ non moueri: sed bru
ta mouent seipsa. ergo in eis est moueri ⁊ non moueri: sed
fm hoc dicimur esse liberi ar. ꝙ in nobis est agere aliqd:
vt pʒ per Grego. nissenū ⁊ Dam. ergo in brutis est liberuʒ
3ᵐ ar. ℂ P. liberū ar. duo iportat. s. iudiciū ⁊ libertatē: quo/
rum vtrūqʒ est inuenire in brutis. hñt enim aliquod iudi
cium de agendis: qḋ pʒ ex hoc ꝙ vnū psequunt̃: ⁊ aliḋ fu
giunt. hñt etiā libertatē cū possint mouere ⁊ moueri. g in
4ᵐ eis est liberū ar. ℂ P. posita causa ponitur effectus: sed
Dam. posuit cām libertatis arbitrij hoc ꝙ aīa nostra a
versione incipit: qꝛ ex nihilo est: ⁊ iō vertibilis est: ⁊ se hʒ
ad multa in potentia: sed aīa bruti a versione incipit. er
5ᵐ go in ea est libeꝝ ar. ℂ P. illud dicit̃ esse libeꝝ qḋ nō est
obligatum alicui: sed aīa bruti non est obligata ad alterū
oppositoꝝ: qꝛ potentia ipsius nō est determinata ad vnū:
sicut potentie rerū naturaliū: que semꝑ idē faciant: g aīa
6ᵐ bruti habet liberuʒ ar. ℂ P. pena non debet̃ nisi ei q hʒ
libeꝝ ar. sed in veteri lege frequēter inuenit̃ pena inflī/
cta brutis: sicut exo. 19. pʒ de bestia tangente montē: ⁊. 21.
d boue cornupeta. ⁊ leui. 20. d iumēto cui mulier succubu
7ᵐ it. ergo bruta videntur esse liberi ar. ℂ P. hoc est signuʒ
ꝙ homo sit liberi ar. vt sancti dicūt: qꝛ pceptis ad bonū
instigat̃: ⁊ a malo retrahit̃: videm⁹ aūt bruta allici bñfi/
cijs ⁊ moueri pceptis. aut terreri min⁹ ad aliquid agen/
8ᵐ dum vel dimittendū. ergo bruta sunt liberi ar. ℂ P. di/
uinū pceptū non dat̃ nisi habenti liberū ar. sʒ diuinū pre/
ceptum datur bruto: vñ Jone 3°. sʒ aliā lřam dr̃ ꝙ pcepit
dn̄s vermi ⁊ pcussit ederā. g bruta hñt liberū ar.

Contra p. Sed cōtra. ex hoc videt̃ homo esse ad imaginez
dei ꝙ est liberi ar. vt dicit Dam. ⁊ ēt
ber. sed bruta non sunt ad imaginez dei. g nō sunt libi ar.
2° ℂ P. oē qḋ ē liberi ar. agit ⁊ nō solū agit̃: sʒ bruta ñ agūt
sʒ agunt̃: vt Dam. dicit 2° li. g bruta nō sunt liberi ar.

Rño Respondeo. Dōm ꝙ bruta nullo mō sunt liberi
ar. ℂ Ad cᵒ euidētiā sciendū est ꝙ
cū ad operationē nrāʒ tria cōcurrant. s. cognitio: appetit⁹
⁊ ipsa operatio: tota rō libertatis ex modo cognitiōis de/
pendet. Appetitus enim cognitionnē sequit̃: cum appeti/
tus non sit nisi boni qḋ sibi per vim cognitiuā pponit̃: ⁊
pm indicio rationis. ¶ Et videt̄ q plus mereat̄ qui facit ex solo iudicio rōnis. Meritum enim peccato opponit̄:sed plus peccat qui ex sola electione facit peccatū q qui peccat ex passione instigatus.primus enim dicit̄ peccare ex certa malicia:secundus ex infirmitate.ergo plus meret̄ qui facit aliquod bonū ex solo iudicio rōnis q qui facit cum aliqua passione misericordie. ¶ Sed dice.q ad h q aliquid sit meritoriū vel actus virtutis nō solum requiritur bonū qd fit:sed modus quo bene fiat:qd nō pōt eē

2m sine affectione misericordie. ¶ Sed contra.ad h q aliquis act9 bñ fiat tria requirunt̄ scdz phz in secūdo ethi.s. voluntas eligens actum:rō mediū in actu cōstituens:relatio habitus in finē debitū.hec aūt oia pñt esse sine passione misericordie in eo qui dat elemosinā.g sine ea pōt esse:non tñ id qd fit sed bene fieri.pbatio medie.oia enī tria predicta fiunt per actū voluntatis & rationis:sz act9 voluntatis & rōnis non dependent a passione:qr rō & voluntas mouent inferiores vires in quibus sunt passiōes: motio aūt motoris nō depēdet a motu mobilis.ergo tria

3m predicta pñt esse sine passione. ¶ P̄.ad actū virtutis discretio rōnis exigitur.vñ Grego.dicit in moralib9.q nisi cetere virtutes ea que appetunt prudenter agant virtutes esse nequaq possunt.passiones aūt omnes impediūt iudiciū vel discretionē rōnis:sicut dicit salusti9 in catellinario:omnes homines qui de rebus dubijs consultant ab ira amore odio misericordia vacuos esse debent. Nō eniz animus facile verū puidet vbi afficiūt ista.ergo hō passiones diminuunt de laude virtutis:& ita de merito.

4m ¶ P̄.cōcupiscibilis nō min9 ipedit iudiciū rōnis q irascibilis:sed passio irascibilis actui virtutis adiuncta turbat iudiciū rōnis.vnde dicit Grego.q ira per zelum turbat iudiciū rationis.ergo &c. ¶ P̄.virtus ē dispositio per-

5m fecti ad optimū:vt dicit̄ in.7.phy.ergo id magis est vtuosum in nobis per quo magis appropinquam9 pfectis:sz deo & angelis magis assimilantur operantes ex iudicio rōnis sine passione.deus eniz punit sine ira & releuat passionez misericordie sine misericordie passione.g magis ē

6m virtuosuz facere bonū sine his passionibus. ¶ P̄.vtutes purgati animi sunt ceteris digniores:sed sic dicit macrobius super somniū scipionis:virtutes purgati animi faciunt passiones penitus obliuisci.ergo actus virtutis sine

7m passione factus est laudabilior & magis meritori9. ¶ P̄. quanto amor caritatis in nobis est magis a carnali amore depuratus:tanto est laudabilior:non enim carnalis sz spūalis inter nos debet eē dilectio vt Aug.dic̄ in regula: sed passio amoris cū quadā carnalitate est.ergo actus caritatis sine passione amoris est laudabilior:& eadē rō est

8m de alijs passionibus. ¶ P̄.tullius dicit in li.de offici.beniuolentia non ardore quidē amoris sed stabilitate mentis esse decet:ardor autem ad passionē pertinet.ergo passio diminuit laudem actus virtutis.

Cōtra.p **Sed cōtra** est qd Aug.dicit.14.de ci.dei:dū hui9 vite ifirmitatē gerim9 si passiōes olo nullas habeamus:tunc nō recte viuim9.vituperabat enī & detestabat̄ apl's quosdā quos ēt esse dixit sine affectiōe: culpauit illos satis psalmista de quib9 ait. Sustinui qui simul cōtristaret̄ & non fuit:& sic videt̄ q sine passionib9 non possum9 recte viuere. ¶ P̄.Augu.dicit.9.de ci.dei.

2m irasci peccanti vt corrigat̄:contristari pro afflicto vt liberetur.timere periclitanti ne pereat:nescio vtrū quisq sana consideratione reprehendat. Nā & miam stoycor est solere culpare:& ita longe meli9 & humani9:& pior sensib9 accōmodacius locut9 est cicero vbi ait:nulla de vtutibus tuis nec āmirabilior nec gratior mīa ē:& sic idē qd prius.

Rñ. **Respondeo.** Dōm q passiones aīe in duplici ordine se pñt habere ad voluntatem: vel vt precedentes:vel vt consequentes.vt pcedētes quidem:inq̄tum passiones impellunt voluntatē ad aliquid volendū.vt 9ñs vero:put ex ipsa vehementia voluntatis per quādā redundantiā cōmouet̄ inferior appetitus ad has scdm has passiones:vel etiam inq̄tum ipsa volūtas has passiones pcurat sponte & excitat. Scdm igitur q sūt pcedētes volūtatē:sic diminuūt de rōe laudabilis: qr laudabilis est actus voluntatis fm q ē p rōnē ordinatus in bonū scdm debitam mensurā & modū. Qui quidez modus & mensura nō seruat̄ nisi cū actio ex discretione fit:que discretio nō seruat̄ cū homo ex impetu passionis ad aliquid volendū ēt si sit bonū puocat̄:sed erit circa modum actionis scdm q impetus passionis ē magn9 vel paru9:& sic non nisi a casu cōtinget q debita mensura seruetur. Scdm vero q consequunt̄ ad voluntatez sic non diminuūt laudē act9 vel bonitatē:qr erūt moderate fm iudiciū rōnis ex quo voluntas sequit̄:sed magis addunt ad bonitatē actus duplici rōne.pmo per moduz signi:qr passio ipsa 9ñs in inferiori appetitu est signū q sit mot9 voluntatis intensus. Non eniz potest esse in nā passibili q voluntas ad aliquid fortiter moueat̄ quin sequat̄ aliqua passio in parte inferiori. Uñ dicit Aug.14.de ci.dei. dum huius vite infirmitatez gerim9 si passiones nullas habemus nō recte viuimus. Et post pauca subiungit cāz dicens. Nam oino non dolere dum sum9 in hoc loco miserie non sine magna mercede cōtingit ynanimitatis in aio:& stuporis in corpore. Secundo per modū adiutorij: qr qñ voluntas iudicio rōnis aliqd eligit:pmptius & facilius id agit si cū hoc passio in inferiori pte excitet̄:eo q appetitiua inferior est ppiqua ad corporis motū. Uñ dicit Aug.9.de ci.dei. Seruit āi mot9 misericordie rōni qñ ita pbat̄ misericordia vt iusticia cōseruet̄. Et hoc est qd phs dicit in tertio ethi.inducens versum homeri:virtutem & furorem erige:qr videlz cum aliquis est virtuosus virtute fortitudis:passio ire electionem virtutis sequēs facit ad maiorem promptitudinez actus:si autem precederet virtutis modum perturbaret.

Ad primum ergo dicendū q perfecta rō laudabilis & vituperabilis cōsistit in voluntario. Ad p9 vñ id qd minuit de rōne voluntarij diminuit rōnem laudabilis in bono & vituperabilis in malo. Passio autez precedens electionē diminuit rōnē voluntarij: & iō laudē boni act9:& vitupiū mali diminuit:sz passio sequens ē signuz magnitudis volūtarij.vt dictū est.vñ sic ī bono addit ad laudē:ita in malo ad vituperiū. Ille autē ex passione peccare dr̄ in quo passio inducit ad electionē pcti. Qui aūt ex electione peccati vituperationē peccati incidit:non dicit̄ ex passione peccare sed cū passione. Uerū est ergo q ex passione agere diminuit & laudē & vituperium:sed cuz passione agere pōt vtrūq augere. ¶ Ad

2m 2m dōm.q motus virtutis qui consistit in perfecta volūtate non pōt esse sine passione:nō qr voluntas ex passiōe dependeat:sed qr in volūtate pfecta in nā passibili ex necessitate passio sequit̄. ¶ Ad 3m dōm.q in opere vtutis

est necessaria ⁊ electio ⁊ executio. Ad electionē aūt requi-
ritur discretio:ad executionē vō eius qđ iam determina-
tū est requirit̄ ꝓmptitudo. Non aūt requirit̄ multū vt
homo actualiter in executione operis existens multum
circa opus mediteť. hoc enim vt Auic. dicit in sua meta-
phisica potius officeret q̄ ꝓdesset:sicut pꝫ in citharedo
q̄ multū īpediret̄ si ad tactū singulaꝝ chordaꝝ cogita-
tionē apponeret:⁊ silr̄ scriptor si in formatiōe singularū
lr̄aꝝ cogitaret. Et inde ē ꝙ passio electionē ꝑueniēs īpe-
dit actū v̄itatis inquātū īpedit iudiciū rōnis:qđ necc̄iū ē
in eligendo. postq̄ vero puro iudicio rōnis iam electio ē
ꝑfecta:passio sequēs plus ꝓdest q̄ noceat:q2 si in aliquo
turbet iudiciū rōnis:facit tñ ad ꝓmptitudinē executio-
4ᵐ 5ᵐ nis. ℂ Et per hoc pꝫ solutio ad quartū. ℂ Ad 5ᵐ dōm. ꝙ
deus ⁊ angeli nō sunt susceptiui passionis:⁊ iō ex volun-
tate perfecta in eis nulla passio sequit̄:sequereť aūt si pas-
siones capaces eēnt. Et ꝓpter hoc ex quadam operū simi
litudine cōsuetudine locutiōis humane in angelos vsur-
6ᵐ pantur:non ꝓpter aliquā affectionē infirmitatis. ℂ Ad
6ᵐ dōm. ꝙ illi q̄ hñt v̄tutes purgati animi sunt aliq̄ mo-
do immunes a passiōib⁹ inclinantib⁹ in cōtrariū eius qđ
eligit virtus:⁊ iterum a passionib⁹ inducentib⁹ volunta-
7ᵐ tem:nō aūt a passionib⁹ volūtatē ꝯsequentib⁹. ℂ Ad 7ᵐ
dōm. ꝙ ad carnalitatē dilectionis pertinet si passio amo-
ris dilectionem voluntatis ꝑcedat:nō aūt si sequat̄. hoc
enim ad feruorē pertinet charitatis:qui in hoc consistit
ꝙ dilectio que est in sup̄iori parte sui vehemētia vsq3 ad
8ᵐ permutationem inferioris partis redundat. ℂ Et per
hoc patet solutio ad octauum.

Octauo queritur vtrum hē passiones in
1ᵐ xp̄o fuerint. ℂ Et videť ꝙ non:
q2 secūdū Aug. 12. de tri. omne agens est ꝑstan
tius patiēte:sꝫ nullū creatū ē ꝑstāti⁹ aīa xp̄i. ḡ
2ᵐ ī aīa xp̄i nō potuit esse aliqua passio. ℂ P̄. fm
macrobiū. fortitudinis purgati animi est passiones igno
rare:non vincere:sed christus habuit maxime v̄tutes ani
3ᵐ mi purgati. ergo in eo hē passiones non fuerunt. ℂ P̄.
fm Dam. passio est motus anime appetitiue per suspitio
nē boni vel mali:sed in christo non fuit suspitio. hec eni
ad ignorantiā pertinet. ergo in xp̄o nō fuit aliq̄ passio aīe
4ᵐ ℂ P̄. fm Aug. passio est motus animi contra rōnē:sed in
xp̄o nullus motus fuit ꝯ rōnē. ḡ in xp̄o nō fuit aliqua pas-
5ᵐ sio anime. ℂ P̄. xp̄s quātū ad aīam nō est angelis mino
ratus. sed solūmō quātū ad īfirmitatē carnis:sed in ange
lis passiones non sunt:vt aug. dicit. 9. de ci. dei. ergo nec in
6ᵐ aīa xp̄i fuerunt. ℂ P̄. xp̄s fuit ꝑfectior fm animā q̄ hō
in p̄mo statu. Sed homo in p̄mo statu his passiōib⁹ sub-
iectus non erat:q2 vt dicit Aug. xi. de ci. dei. ad vite pre-
sentis ꝑtinet īfirmitatē in quibuscūq3 bonis officijs hē
ꝑpeti affect⁹:infirmitas aūt in p̄mo statu non fuit. ḡ nec
7ᵐ in xp̄o hē passiōes fuerūt. ℂ P̄. fm aug. dolor est sensus
diuisionis vel corruptiōis:sed in xp̄o neq3 fuit sensus cor
ruptio neq3 diuisio:q2 vt dicit hylarius: habuit viꝫ pene
sine sensu pene:neq3 fuit in eo diuisio vel corruptio:q2 a
sūmo bono nulla dep̄ditio fieri pōt. ergo in xp̄o non fuit
8ᵐ dolor. ℂ P̄. vbi ē eadē cā ⁊ idē effectus:sꝫ in corp̄ib⁹ san-
ctoꝝ nō erit aliq̄ passio ꝑꝑ hāc cāꝫ:q2 erūt a fomite depu
rata:⁊ aīabus gloriosis vnita. cum ergo hoc fuerit in cor-
pore christi:vr̄ ꝙ nō potuerit esse in eo corporalis passio-
9ᵐ nis dolor. ℂ P̄. nullus dolet vel tristatur nisi de sui boni
amissione. ꝓpter h̄ eni ⁊ malū est contristabile q2 adimit
bonū:sed bonū hoīs est virtus:hoc eniꝫ solo hō efficitur
bonus. ḡ cū in xp̄o istud bonū adēptū non fuerit:in eo tri
10ᵐ sticia vel dolor non fuit. ℂ P̄. fm Aug. 14. de ci. dei. cuꝫ
dissentimus ab eo qđ nolentib⁹ accidit:talis volūtas tri
sticia est:sꝫ in xp̄o nihil accidit qđ ipse noluerit. ḡ in xp̄o
passio tristicie vel doloris n̄ fuit. ℂ P̄. null⁹ rōnabilr̄ tri- 1ᵐ
stat̄ vel dolet nisi ꝑꝑ aliq̄ lesionē:sꝫ sic̄ ꝓbat crisostimus
nullus ledit̄ nisi a seipso:qđ q̄dē sapientis non est:xp̄s er-
go xp̄s fuerit sapientissim⁹:tristicia in eo non fuit.

Sed cōtra est qđ dr̄ marci. 14. cepit xp̄s pauere ⁊ Ꝯ pa
tedere ⁊ mestus esse. ℂ P̄. Aug. dicit 2º
ꝙ recta voluntas non solū inculpabiles verū laudabiles
hꝫ mot⁹ hos:sed in xp̄o fuit recta volūtas. ergo in eo isti
motus fuerunt. ℂ P̄. in christo fuerūt defect⁹ huius vi- 3º
te:qui perfectioni gratie non repugnant:sed hē passiōes
non repugnant ꝑfectioni gratie:sed magis a gratia cāni
vt pꝫ per Augu. 14. de ci. dei. hi enim affectus de amore
bono ⁊ de scā caritate veniūt. ḡ hē passiōes ī xp̄o fuerūt.

Respondeo. Dōm ꝙ passiones iste aliter sunt in Rᵐ
peccatoribus:aliter in iustis ⁊ ꝑfe-
ctis ⁊ imperfectis:aliter in xp̄o hoīe:aliter in p̄mo hoīe ⁊
beatis. In angelis enim ⁊ deo oīno non sunt:q2 vis appe-
titiua sensibilis in eis non est:c⁹ sunt motus hē passiones
Ad dictoꝝ aūt euidentiā sciendū est ꝙ hē passiones ani-
mi q̄tuor differētijs distingui possunt:secūdū quā distin-
ctionē magis vel minus ꝓprie passionis rōnē hñt. p̄mo
ex hoc ꝙ aliquis afficit̄ passione animi per id qđ est con-
trariū siue nociuū:vel per id qđ est cōueniēs ⁊ ꝓficuum:
magis saluat̄ rō passionis qñ affectio sequitur ex nociuo
q̄ si sequat̄ ex ꝓficuo. ꝓpter h̄ ꝙ passio importat quādā
transmutationē patiētis a sua nāli dispōne in ꝯriā dispo-
sitionē. Et ide est ꝙ dolor ⁊ tristicia ⁊ timor ⁊ alie hē pas-
siones que sunt respectu mali habent rationē passionis
magis q̄ gaudiū:⁊ amor ⁊ alia huiusmodi. q̄ sūt respectu
boni:q̄uis in his rō passionis saluet̄ scdm ꝙ cor per hē
dilatat̄ vel accendit̄:vel qualitercūq3 disponit̄ aliter q̄
sit eius cōis dispositio. Un̄ ex hē affectionib⁹ aliquē mo-
ri cōtingit. Secūdo per hoc ꝙ passio totalr̄ est ab extrin-
seco:vel est ab aliquo p̄ncipio itrīseco:magis tñ saluat̄ rō
passionis qñ est ab extrinseco q̄ qñ est ab intrinseco. Ab
extrinseco quidē est qñ passio subito concitat̄ ex occursu
alicuius conuenientis vel nociui. Ab intrinseco aūt qñ ex
ipsa voluntate passiones iste causant̄ per modū qui est di
ctus:⁊ tūc nō sunt subite cū sequātur iudiciū rōnis. Ter-
tio ex hoc ꝙ aliquid vel totalr̄ transmutat̄:vel non tota-
liter. Quod enim aliqualr̄ alterat̄ ⁊ nō totalr̄ transmuta-
tur:nō ita ꝓprie pati dicim⁹ sicut qđ totalr̄ in cōtrarium
transmutat̄. magis enim ꝓprie dicim⁹ hominē pati infir
mitatē:si totū corpus eius infirmet̄:q̄ si morbus accidat
in aliqua ei⁹ parte. Tunc aūt totalr̄ homo per hē affect⁹
transmutat̄:qñ non sistunt in appetitu inferiori sꝫ trahūt
ad se ⁊ superiorē. Quādo vō in solo appetitu inferiori sūt:
tūc hō imutat̄ eis quasi secūdū partē. Un̄ sic dicunt̄ pro-
passiones:p̄mo aūt mō passiones. Quarto per hoc trans-
mutatio est remissa vel intensa. Remisse enim transmu-
tationes minus ꝓprie passiōes vocant̄. vn̄ dam. dicit in
3º libro:nō oēs motus passiui passio vocant̄:sꝫ qui sunt ve
hementiores:⁊ in sensum ꝓcedentes. Qui enim sunt pui
⁊ insensibiles:nondū passiōes sunt. ℂ Sciendū est ergo
ꝙ in hoībus in statu vie si sunt peccatores sunt passiones:
respectu boni ⁊ respectu mali:non solū ꝑcuise sed subite
⁊ itēse ⁊ freq̄nter ꝑfecte. Un̄ dicunt̄ passionū sectatores.
in p̄mo ethi. In iustis vero nūq̄ sunt ꝑfecte:q2 rō in eis
nūq̄ deducit̄ a passionib⁹. Sunt tñ vehemētes in iperfe
ctis:sed in ꝑfectis sunt debiles iferioribus virib⁹ ꝑ habi-
tum virtutū moraliū refrenatis. hñt tñ passiōes nō solū
ꝑuisas:sed subitas:⁊ nō solū respectu boni:sꝫ respcū mali.
In beatis vō:⁊ in hoīe in p̄mo statu:⁊ in xp̄o fm statum
īfirmitatis:hē passiōes nūq̄ sunt subite eo ꝙ ꝑꝑ ꝑfectio-

nē boni in eis īferiorꝝ virium ad superiores nullus mot⁹
exurgit in appetitu inferiori:nisi scđm dictamē rōnis.vn̄
dicit Dam̄.in 3°.li.non precedebant in dn̄o voluntatē:nā-
lia:sed volēs esuriuit:volens timuit:⁊ silr intelligendum
est de beatis post resurrectionē:⁊ de hoīb⁹ in p̄mo statu.
sed hoc īterest ꝙ in xp̄o nō solū fuerūt passiōes respectu
boni sed respectu mali.hēbat enim corpus passibile:⁊ iō
ex imaginatione nociui naturaliter passio timoris ⁊ tri-
sticie ⁊ hꝰ ī eo poterāt esse.Sed in p̄mo statu ⁊ in beatis
non pōt esse apprehēsio alicuius vt nociui.Et iō in eis nō
est passio nisi respectu boni:sicut amor gaudiū ⁊ hꝰ:non
aūt tristicia vel timor aut ira vel aliquid tale.Sic ḡ cōce
dimus veras passiōes in xp̄o fuisse.vn̄ dic̄ Aug.14.de ci.
dei:xp̄s hos mot⁹ certissime dispēsatōis gr̄a ita cū voluit
suscepit aīo humano:sic̄ cū voluit fact⁹ est homo.

Ad 1m Ad primum ergo dōm.ꝙ nō oꝫ agens esse sim-
pliciter prestanti⁹ patiēte:sed scđꝫ
quid.s.inquātū est agens.Et sic nihil ꝓhibet obiectū aīe
xp̄i esse ea prestantius:inq̄tum est actiuꝫ ⁊ aīa xp̄i aliquā
hꝫ passiuam potentiā.¶ Ad 2m dōm.ꝙ f̄m Aug.9.de ci.
2m dei.circa hoc fuit contentio inter stoicos ⁊ p̄ipateticos:q̄
tn̄ magis videbat̄ esse scđm vocem q̄ꝫ scđm rem. Nam
stoici dicebant hꝰ passiones nullo modo esse in aīo sapiē
tis.Sapientē aūt eū dicebant qui p̄fectus est in virtuti-
bus q̄ꝫ habēs:animi purgati virtutē.p̄ipatetici v̄o dicūt
has passiones animi in sapientē cadere:sed moderatas
rōniq̄ꝫ subiectas.ꝓbat aūt Aug.ex cuiusdā stoici confes-
sione ꝙ stoici volebāt hꝰ affect⁹ subitos in aīa sapientis
esse:sine hoc tamen ꝙ approbent̄ vel ꝙ eis consentiat̄.
Quos quidē passiones nō dicebāt: sed quasi visa vel fan-
tasias.Unde pꝫ ꝙ scđm reꝫ stoici nihil aliud q̄ꝫ p̄ipateti
ci dicebant:sed erat tātūmō in verbis dissonantia:q̄r qđ
peripatetici passiones noīabant stoici apellabant aliter.
Sic ergo secūdū stoicorū sententiā macrobius ⁊ plotin⁹
dicunt passiones cum virtute purgati animi non esse:nō
q̄r non sint aliqui subiti motus passionū in hꝰ virtuosis:
sed q̄r nec rōnem trahunt:nec a deo vehementes sunt ꝙ
pacem multum perturbēt:secūdū ꝙ p̄hus dicit in septi-
mo ethicorꝝ ꝙ cōcupiscentie in temperatis non sunt for-
tes:sicut sunt in cōtinentib⁹:q̄uis in neutris rō ad cōsen
suꝫ trahat̄.Uel pōt dici ⁊ melius ꝙ cū hꝰ passiōes ex bo-
no ⁊ malo oriant̄ distinguēde sunt f̄m d̄r̄iaꝫ bonorꝝ ⁊ ma-
lorū.Sunt enim q̄dā bona ⁊ mala nālia:sicut cibus po-
tus sanitas vel egritudo corporis:⁊ alia hꝰ.Quedā vero
non nālia: sicut diuicie honores: ⁊ alia hꝰ circa que vita
ciuilis versat̄.distinguunt aūt plotinus ⁊ Macrobi⁹ vir-
tutes purgati animi contra virtutes politicas.Ex quo pꝫ
ꝙ virtutes purgati animi ponunt in illis qui totalr̄ sunt
a ciuili conuersione remoti soli contemplationi sapien-
tie vocantes.Et ideo in eis non sequunt̄ aliq̄ passiones
ex bonis vel malis ciuilib⁹:nō tn̄ sunt immunes ab illis
3m passionibus q̄ sequunt̄ bona vel mala nālia.¶ Ad 3m di
cendū.ꝙ quicq̄d causat̄ ex debili causa pōt ex fortiori cā
causari.Extimatio aūt causata est fortior cā ad excitan-
das passiones q̄ꝫ suspicio. vn̄ Dam̄.posuit illud minimū
ex quo potest causari passio:per hoc dans itelligere ꝙ ex
4m fortiori cā fortius cātur.¶ Ad 4m dōm.ꝙ f̄m aug.14.đ
ciuita.dei.impassibilitas duplr̄ dicit̄.Uno mō f̄m ꝙ pri-
uat affectiones que accidunt cōtra rōnē:⁊ mentē pertur-
bant.Alio mō f̄m ꝙ excludit oēm affectū.Accipit̄ ḡ pas-
sio in p̄dicta auctoritate scđm ꝙ p̄me ipassibilitati oppo-
nitur:nō aūt scđm ꝙ opponit̄ secūde:⁊ sic solūmō in xp̄o
5m fuit.¶ Ad 5m dōm.ꝙ christus scđm aīam intellectiuā fu
it angelis supior.habuit tn̄ appetitū sensitiuū scđm queꝫ
6m passiones ei inesse poterant quē angeli nō habent.¶ Ad
6m dōm.ꝙ in p̄mo hoīe fuerūt alique passiōes vt gaudiū
⁊ amor que sunt respectu boni:non aūt dolor vel timor q̄
sunt respectu mali:⁊ hec ad presentē infirmitatē ꝑtinēt.
quā Adam non habuit:christus aūt volūtarie assumpsit.
¶ Ad septimum dicendū. ꝙ in xp̄o fuit vera lesio cor- 7m
poris:⁊ verus sensus lesionis.Ipse enim secūdū diuinita
tem est summū bonū cui nihil subtrahi pōt:non autē f̄m
corpus. Uerbū autē hylarij vt quidam dicūt postmodū
est ab ipso retractatū.Uel pōt dici ꝙ ideo dicit xp̄m sen-
sum pene non habuisse non q̄r penā non senserit:sed quia
sensus iste nō peruenit vsq̄ꝫ ad rōnē immutandā. ¶ Ad 8m
8m dōm . ꝙ ex hoc ipso ꝙ aīa glificata est f̄m cōem cur-
sum:corpus ei vnitum gloriosum efficitur ⁊ impassibile
lesionis. vn̄ dicit Aug.in epistola ad dioscorꝝ.Tam potē
ti nā deus fecit aiam:vt ex eius plenissima beatitudine q̄
in fine temporꝝ sanctis ꝓmittit̄ redundet in inferiorem
nām qđ est corpus.Non beatitudo que fruentis ⁊ itelli-
gentis est ꝓpria:sed plenitudo sanitatis ⁊ incorruptiōis
vigor.Sed xp̄s in sua potestate habens aiam suam ⁊ cor
pus:ꝓpter virtutē diuinitatis ex quadā dispensatione:⁊
habebat in aīa beatitudinē ⁊ in corpore passibilitatē:ver
bo ꝑmittēte corpori id qđ est sibi ꝓpriū:vt Dam̄.dic̄: vn̄
singulare fuit in xp̄o vt ex plenitudine beatitudinis aīe
nō redūdaret glia in corp⁹. ¶ Ad 9m dōm.ꝙ bonū hoīs 9m
stoici nō appellabant nisi illō q̄ hoīes bonī d̄r̄r.s.v̄tutes
animi.Reliq̄ v̄o sicut corporalia ⁊ ea q̄ sunt fortune exte
rioris nō apellabant bona:sed cōmoda:que tn̄ p̄ipatetici
bona appellabant:sed minima:virtutes aūt maxima bo
na.Que d̄r̄ia non erat nisi secūdū noīa. Sicut eni ex mi-
nimis bonis f̄m p̄ipateticos: ita ex cōmodis f̄m stoicos
aliqui mot⁹ in animo sapientis oriunt̄:licet non rōneꝫ ꝑ-
turbantes.Et sic non est verū ꝙ in animo sapientis ex so
lo defectu virtutis possit tristicia oriri. ¶ Ad decimum 10m
dicendū.ꝙ q̄uis lesio corporis in xp̄o non fuerit nolen-
te rōe:fuit tn̄ contra appetituꝫ sensualitatis:⁊ sic fuit ibi
tristicia.¶ Ad vndecimum dicendum.ꝙ Crisostomus 11m
loquitur de lesione qua aliquis efficitur miser: qua sci-
licet p̄uat̄ bono v̄tutis.Nō āt ex sola tali lesiōe passio tri
sticie ī sapientē orit̄ vt dcm̄ ē.vn̄ rō nō sequit̄.

Nono queritur vtrꝫ passio doloris fuerit
in aīa xp̄i q̄ꝫtum ad superiorē rōnē.
¶ Et videt̄ ꝙ nō. Tunc.n.hō cōturbari dici- 1m
tur ⁊ a passione deduci q̄n cōmotio passionis
vsq̄ꝫ ad rōnē ꝑtingit.ꝑturbari aūt ⁊ a passione
deduci nō est alic⁹ sapientis:cū ḡ xp̄s fuerit sapiētissim⁹:
vr̄ ꝙ ī ipso dolor vsq̄ꝫ ad supiorē rōnē nō ꝑuenerit.¶ P̄. 2m
vnaqueq̄ꝫ potentia delectari d̄r f̄m ↄueniētiā ꝓpriꝫ obie
cti.ḡ ⁊ dolor alicui potentie attribui nō debꝫ nisi ꝓpter
nocumētū qđ accidit ex ꝑte obiecti.sꝫ respectu rerū eter
narū que sunt supioris rōnis obiecta xp̄s nullū defectuꝫ
vel impedimentū patiebat̄.ḡ in supiori rōne xp̄i passio
doloris nō fuit.¶ P̄.f̄m Aug.14.de ci.dei.dolor ꝑtinet 3m
ad corporales passiones. ergo dolor nō ꝑtinet ad aiam ni
si scđm ꝙ ē corpori cōiuncta:sꝫ scđm rōnē supiorē aīa cor
pori nō ↄiūgit̄:cū scđm p̄hm in tertio de aīa itellect⁹ nul
lius corpis act⁹ sit.ḡ in rōne supiori dolor esse nō potest.
¶ Sed dice.ꝙ rō supior nō cōiungit̄ corpori ꝑ opōneꝫ:
ↄiungit̄ tn̄ ei vt forma.¶ Sed ↄtra.f̄ꝫ p̄hꝫ in li.de som. 4m
⁊ vigi.eiusdē est po⁹ ⁊ actio.si ḡ act⁹ itellect⁹ est aīe absq̄ꝫ
cōicatione corporis:⁊ po⁹ itellectiua erit aīe non scđm ꝙ
cōiungit̄ corpori:⁊ ita rō supior non erit corpi coniuncta
vt forma.¶ P̄.f̄m Dam̄.passio ē mot⁹ irrōnalis aīe ⁊ ap 5m
petitiue:sed dolor ⁊ tristicia ⁊ hꝰ sunt q̄dā passiōes.ergo
in ꝑte supioris rōnis nō fuerūt in xp̄o.¶ P̄.f̄m Aug.14. 6m
de ci.dei.dolor vel tristicia est corꝝ que nobis nolentib⁹

accidunt:sed xp̃s per superiorẽ rõnẽ volebat suã passio-
nem corporalẽ:neq₃ aliquid cõtra ei⁹ volũtatẽ accidit q̃
perfectissime diuine volũtati erat conformis.ergo in su-
periori rõne in xp̃o tristicia vel dolor nõ fuit. ¶ Sʒ dice.
q̃ rõ superior vt rõ volebat corporis passionẽ:nõ aũt vt
7m nã. ¶ Sʒ ꝯ. eadẽ po⁹ ẽ rõ vt ẽ cõsiderata ꝛ vt nã:diuer-
sa enim cõsideratio subaʒ rei nõ variat:si ergo rõ supior
vt rõ aliqd volebat ꝛ vt nã nolebat:eadeʒ po⁹ sil' ꝛ semel
8m aliquid volebat ꝛ nolebat:qd̃ est impossibile. ¶ P̃. sm
p̄hm delectationi que est in cõsiderando nulla tristicia ẽ
opposita vel contraria.delectatio aũt superioris rõnis ẽ
in contemplando eterna.g̃ in ea non põt esse aliqs dolor
vel tristicia.hec.n.tristicia siue dolor delectatiõi cõtẽpla
tiue opponeret:ꝛ ita in aia xp̃i scd̃m superiorem rationẽ
passio doloris vel tristicie nõ fuit.

Cõtra.p̃ **Sed contra** ẽ qd̃ in p̃s.dr̃.'Repleta ẽ malis aia
mea.glo.non vicijs:sed dolorib⁹.g̃
in qualibʒ parte aie xp̃i fuit dolor:ꝛ ita in superiori rõne.
2: ¶ P̃.satisfactio rñdet culpe:sed xp̃s sua passione satisfe-
cit pro culpa p̄mi hominis:cum ergo culpa illa peruenit
vsq₃ ad superiorẽ rõnẽ:ꝛ passio xp̃i vsq₃ ad supiorẽ rõneʒ
3: debuit p̃uenire. ¶ P̃. vt di.glo.sup illud.'Repleta ẽ ma-
lis aia mea:aia dolendo cõpatit̃ corpori cui vnit̃:sʒ rõ vt
rõ dicit respectuʒ ad corpus:qd̃ pʒ ex hoc q̃ in angelis q̃
non hñt corpora sibi nãlr vnita nõ dicim⁹ rõnem sʒ intel
lectũ:in aiab⁹ aũt corporib⁹ vnitis dicim⁹ rõnẽ.g̃ in supe
4: riori rõne vt est rõ fuit dolor passiõis xp̃i. ¶ P̃.tota aia
sm Aug.est in toto corpore.g̃ qlʒ pars ei⁹ est corpori vni-
ta:sed rõ supior vt rõ est quedã pars aie.g̃ est corpori vni
ta:ꝛ ita cõpatit̃ p̃ dolorẽ corpori cõpatienti.

R: Duplex pa⁹ aie p̃ accñs **Respondeo.** Dd̃m q̃ sicut ex p̃dictis pʒ.duplex
est passio qua aia per accidens pati
tur.Una corporalis que incipit a corpore ꝛ terminat̃ ad
aiam sm q̃ est corpori vnita.Alia vero est passio aialis
que causatur ex hoc q̃ anima aliqd apprehendit ex quo
appetit⁹ mouet̃:cuius motũ sequitur quedã transmuta-
tio corporalis.loquendo g̃ de p̄ma passiõe ad quã p̃tinet
dolor scd̃m Aug.sic dicendũ ẽ q̃ dolor passionis xp̃i quo
dãmodo fuit in superiori rõne ipsius:ꝛ quodãmodo nõ.
Sunt.n.duo in dolore.s.lesio:ꝛ lesionis experimẽtalis per-
ceptio. lesio qdẽ p̄ncipalr est in corpore:sʒ ꝯsequenter in
aia inq̃tũ corpori vnit̃.Unit̃ aũt aia corpori per suã eẽn
tiam.In essentia vero aie oẽs potentie radicant̃.Et sm
hoc illa lesio ad aiam ꝛ ad omnes p̃tes ei⁹ in christo p̃ti-
nebat etiã ad supiorẽ rõnẽ scd̃m q̃ in essentia anime fun
dat̃.Experimentalis aũt p̃ceptio lesionis ad solũ sensuʒ
tactus p̃tinet vt supra dictũ est.loquẽdo vero de passiõe
aiali:in illa sola p̃te anime põt esse tristicia que est passio
aialis p̄prie:ex cui⁹ obiecto tristicia cõtingit:per cui⁹ ap
prehensionem ꝛ appetitũ tristicia contingit. Ex obiecto
aũt supioris rõnis in anima xp̃i nulla rõ tristicie accide-
re poterat.s.ex p̃te eternoꝝ qbus pfectissime fruebatur.
Et iõ tristicia aialis in supiori rõne aie xp̃i eẽ nõ potuit.
patiebat̃ g̃ superior rõ in xp̃o dolore corporali:scd̃m q̃ in
essentia aie radicat̃:non aũt patiebat̃ tristicia aiali:sm
q̃ per actũ p̄priũ ad eterna cõspiciẽda respiciebat.

1m **Ad primuʒ** ergo dd̃m.q̃ tunc homo p̃turbat̃ ꝛ a
passione deducit̃ qñ rõ in p̄pria ope
ratione sequit̃ inclinationẽ passionis consentiendo ꝛ eli-
gendo.dolor aũt corporalis non peruenit ad supiorẽ ra-
tionẽ aie xp̃i imutando ei⁹ p̄priã rõnẽ:sʒ solũmo vt radi
2m cat̃ in essentia:vt dc̃m est: ꝛ ideo ratio nõ seq̃t̃. ¶ Ad 2m
dd̃m.q̃ q̃uis dolor non fuerit in supiori rõne aie xp̃i per
cõparationẽ ad p̄priũ obiectũ:fuit tñ in ea scd̃m q̃ com-
3m parat̃ ad p̄priã radicẽ:q̃ est aie essentia. ¶ Ad 3m dd̃m.
q̃ po⁹ põt eẽ act⁹ corpis duplr.vno⁹: inq̃tũ ẽ po⁹ q̃dã. Et
sic dr̃ eẽ act⁹ corporis inq̃tũ iformat aliqd̃ organũ corpo
rale ad actũ p̄priũ exeq̃ndũ. sicut po⁹ visiua p̃ficit oculũ
ad exequẽdũ actũ visionis.Et sic itellect⁹ nõ est act⁹ cor-
poris.Alio mõ rõne essentie in q̃ fundat̃.Et sic tã intell's
q̃ alie potentie corpori ꝯiungunt̃ vt forma inq̃tuʒ sunt
in aia que per sui essentiaʒ est corporis forma. ¶ Ad 4m 4m
dd̃m.q̃ illa obiectio p̃cedit scd̃m rõnẽ potẽtie.nõ auteʒ
scd̃m q̃ in essentia aia radicat̃. ¶ Ad 5m dd̃m.q̃ Dam. 5m
loquit̃ de passione aiali:que quidẽ passio sicut in p̄prio
subiecto est in appetitiua sensuali:sed est in apprehẽsiua
quasi cãlr:inq̃tũ ex obiecto apprehenso mot⁹ passionis
in appetitiua cõsurgit.Sunt aũt ꝛ in appetitu superiori
aliq̃ operationes cõsiles passionib⁹ iferioris appetit⁹:ra-
tione cuius similitudis noia passionũ aliq̃ñ angelis vel
deo attribuunt̃ vt Aug.dicit.9.de ci.dei.Et per hũc mo-
dum q̃q₃ tristicia dr̃ esse in supiori rõne q̃tũ ad appre-
hẽsiuã ꝛ appetitiuã.Sic tñ nõ dicim⁹ fuisse dolorẽ in su-
periori rõne aie xp̃i: sed sm q̃ in eẽntia aie radicat̃ vt di
ctũ est. ¶ Ad 6m dd̃m.q̃ obiectio illa p̄bat in rõne supe- 6m
riori non fuisse dolorẽ scd̃m q̃ per p̄priã opõnẽ ad suum
obiectuʒ comparat̃:sic.n.nihil ea nolente accidit. ¶ Ad 7m
7m dd̃m.q̃ distinctio illa q̃ distinguit̃ rõ vt rõ:ꝛ rõ vt nã
duplr̃ põt intelligi.vno mõ ita q̃ rõ vt nã dicat̃ rõ scd̃m
q̃ ẽ nã creature rationalis:p̃ut.s.fũdata in eẽntia aie dat
esse nãle corpori.'Ratio v̄o vt rõ dicat̃ sm id qd̃ ẽ p̄priũ
rõnis inq̃tũ ẽ rõ:ꝛ h̃ est act⁹ eius:q: potẽtie diffiniunt̃ p̃
actus.Quia igit̃ dolor nõ est in superiori rõne p̃ut scd̃m
actũ p̄priũ compat̃ ad obiectũ:sʒ scd̃m q̃ in eẽntia anie
radicat̃:iõ dr̃ q̃ supior rõ patiebat̃ dolorẽ vt nã:nõ ãt vt
rõ.Et ẽ sile d̃ visu q̃ fũdat̃ sup tactũ: iq̃tũ organũ visus ẽ
organũ tact⁹. vñ 2⁹ visus põt pati lesionẽ. Uno⁹ p̃ actuʒ
p̄priũ:sicut cũ ab excellẽti luce visio obtundit̃:ꝛ h̃ ẽ pas-
sio visus vt visus.Alio⁹ p̃ut fundat̃ in tactu:vt cũ oculus
pungit̃ vel aliquo colore dissoluit̃.Et hoc nõ ẽ passio vi-
sus vt est visus.sed vt ẽ quidã tact⁹.Alio mõ põt intelli-
gi p̄dicta distictio vt dicam⁹ rõnẽ vt nãʒ itelligi sʒ q̃ rõ
cõpat̃ ad ea que nãlr cognoscit vel appetit.'Rõnẽ v̄o vt
rõnẽ sm q̃ per quãdã collationẽ ordinat̃ ad aliquid co-
gnoscẽdũ vel appetẽdũ.eo q̃ rõnis ẽ p̄priũ cõferre.Sũt
eñi quedã q̃ sm se cõsiderata sunt fugienda:appetunt̃ v̄o
sm ordinẽ ad aliud:sicut fames ꝛ sitis sm se cõsiderata
sunt fugienda:p̃ut aũt cõsiderant̃ vt vtilia ad salutẽ aie
vel corpis sic appetunt̃.Et sic rõ vt rõ de eis gaudet:rõ
v̄o vt nã de eis tristat̃.Ita ẽt passio corpalis xp̃i in se cõsi
derata fugienda erat.vñ rõ vt nã de ea ꝯtristabat̃ ꝛ eam
nolebat.p̃ut v̄o ordiabat̃ ad salutẽ hũani generis:sic bo
na erat ꝛ appetibilis:ꝛ sic rõ vt rõ eã volebat ꝛ inde gau
debat.Sʒ h̃ nõ põt referri ad rõnẽ supiorẽ sʒ ad inferio-
rem tñ que his.que sunt corpis itendit sicut p̄prio obto.
vñ in passiõe corporis põt ferri ꝛ absolute: ꝛ cũ collatiõe.
sʒ rõ supior non intendit his q̃ sunt corpis sic obtis:sic.n.
intendit solis eternis.ad corpalia v̄o respicit de eis iudi-
cando per rõnes eternas:qb⁹ nõ solũ cõspiciendis sed cõ
sulendis itendit.Et ita rõ supior nõ respiciebat ad corpo
ris passionem in xp̃o nisi in ordine ad rõnes eternas sm
quas de ea gaudebat inq̃tũ erat deo placita.Unde nul-
lo modo rõne p̄prie operationis tristicia vel dolor in supe
riori rõne cadebat.Non autem est incõueniens vt eadẽ
po⁹ idẽ velit in ordine ad alteꝝ:qd̃ nõ vult sm se.q: põt
esse q̃ id qd̃ nõ est in se bonũ:ex ordie ad alterũ accipiat
q̃dã bonitatẽ:q̃uis h̃ nõ hẽat locũ i supiori rõe i xp̃o re-
spcũ passiõis corpis:ad quã ñ ordiat̃ nisi vt ad volitã:vt
ex dictis patet. ¶ Ad 8m dd̃m:q̃ consideratio põt causa- 8m
re delectationẽ dupliciter.Uno modo ex p̃te operationis:

que est consideratio. Et sic delectationi que est in consi-
derando nulla tristitia opponit vel ɔ̄riat: q2 huic ɔside-
rationi que est causa delectationis nō est aliq̄ ɔsideratio
ɔ̄ria que sit cā tristitie. ois eni ɔsideratio delectabilis ē.
Nō sic aūt est ex pte sensus: q2 scdm opationes sensus cō
tingit τ tristitia τ dolor: sicut ex tactu ɔuenientis delecta
mur: ex tactu aūt nociui dolem⁹. Alio mō facit dlectatio
nē ex pte ɔsiderati: inq̄tum. s. aliqd ɔsideraŧ vt bonū vŀ
vt malū. Et sic ex ɔsideratione pōt accidere delectatio τ
tristitia ɔtraria: sic enim τ ipm nō itelligere tristitiā cau
sat: inq̄tum ɔsideraŧ vt qōdam malū: scdm se v̄o nō cau
sat nisi negationē delectatiōis. Nō tū hoc mō dicim⁹ do
lorē eē i supiori rōne aie xp̄i: sed ꝑut i eētia aie radicaŧ.
Ad p^m in ɔ̄riū. **Ad id** v̄o qd̄ ꝑ i cōtrariū obyciŧ dōm: q̄ glo. nō diċ
q̄ aia xp̄i sit repleta tristitia: sed q̄ est reple-
ta dolorib⁹ scdm q̄ cōpatiŧ corpi. Et sic nō oportet q̄ pas
sio doloris ptineat ad rōnē supiorē: nisi scdm q̄ est in es-
2^m sentia aime: sic enim corpi vniŧ. ¶ Ad 2^m dōm. q̄ passio
xp̄i nō esset satisfactoria: nisi inq̄tū est volūtarie ex cha-
ritate suscepta. Et sic nō opȝ q̄ dolor sit in superiori pte
rōnis xp̄i respectu ꝑprie opationis: sicut in adā fuit cul-
pa per opationē supioris rōnis: q2 ipse motus charitatis
patientis qui est in supiori pte rōnis rńdet in satisfactio-
3^m ne ad id qd̄ fuit in culpa scdm supiorē rōnē. ¶ Ad 3^m di-
cendū: q̄ in rōne duo intelligunŧ. s. pticipatio quedā itel
lectualis veritatis: τ itez intellect⁹ obūbratio vel defe-
ctus. defectus ergo intellectualis virtutis ɔsequiŧ oiam
scdm q̄ vnibilis est corpi: sed intellectualis virtus inest
ei scdm q̄ nō est sub corpe depressa sicut alie forme ma-
teriales. Et ideo cū opatio rōnis insit aie ſm q̄ pticipat
virtutē intellectualē: nō exerceŧ talis opatio corpe me-
4^m diante. ¶ Ad 4^m dōm: q̄ rō vt rō nō noiat aliquā poten
tiam ab alys distinctā a ratione vt natura est: sed nomi-
nat quēdam modum considerandi ipsam potētiā. Cuius
autem scdm aliquem modū considerandi passio nō pti-
neat ad aliquā potētiā aie, nō tū excludiŧ qn oia patiaŧ.

DEcimo queriŧ vtrū per dolorē passiōis
qui erat in supiori rōne xp̄i ipe
1^m direŧ gaudiū fruitionis: τ ecōuerso. ¶ Et vr̄
q̄ sic. Btitudo eni magis ꝑprie est in aia q̄z i
corpe: sed corpus nō pōt dici beatū vel glorio
sum simul dū patiŧ: q2 ipassibilitas ad gloriā corpis pti-
net. ergo nec in rōne supiori xp̄i potuit esse sil' passio do-
2^m loris τ gaudiū fruitiōis. ¶ P̄. phs dicit in. 7. ethi. q̄ de-
lectatio quelibet expellit tristitiā ɔtrariā: si āt vehemēs
sit expellit oēm tristitiaz: sȝ delectatio qua supior rō aie
xp̄i fruebaŧ diuinitate fuit vehemētissima. ergo expulit
3^m a xp̄o oēm tristitiā τ dolorē. ¶ P̄. rō supior limpidi⁹ con
templaŧ q̄z paulus in raptu: sed ex veri cōtēplatione aia
pauli abstracta fuit a corpe nō solū q̄tum ad opationez
rōnis: sed etiā q̄tum ad opationes sensibiles. ergo τ nec
xp̄s scdm rōnem nec scdm sensuz aliquē dolorē sustinuit
4^m ¶ P̄. ex forti cā seqŧ fortis effect⁹: sȝ opatio aie ē cā cor-
poralis imutatiōis: sicut patet q̄ ex imaginatione terri-
biliū vel delectabiliū corpus disponiŧ ad frigus vel ad
calorē: cū ergo in aia q̄tum ad supiorē rōnez fuerit vehe
mētissimū gaudiū: vr̄ q̄ corp⁹ fuerit ex hoc gaudio imu-
tatū: τ ita dolor nō potuit esse nec in corpe nec in supiori
5^m rōne scdm q̄ est corpi vnita. ¶ P̄. visio dei in sua essen-
tia est efficacior q̄z visio dei in subiecta creatura: sȝ visio
qua moẏ vidit deū in subiecta creatura fecit vt nō affli-
gereŧ fame q̄dragenario ieiunio. ergo multo forti⁹ visio
dei in sua essentia que xp̄o ɔueniebat ſm supiorē rōnez
6^m oēz corpalē afflictionē remouit: τ sic idē qd̄ p⁹. ¶ P̄. idē
qd̄ est in summo: a quo tū pōt fieri recessus nō patiŧ ɔ̄ry
ꝑmixtionē: sicut calor ignis qui est in summo nō patitur
ɔmixtionē frigoris: q̄uis calor ille sit trāsmutabilis: sed
gaudiū fruitionis fuit in supiori rōne in summo ēt imu-
tabiliter. ergo nō fuit ibi aliqua ꝑmixtio doloris. ¶ P̄. 7^m
hō btificaŧ τ scdm aiam τ scdm corpus: vtrāq3 aūt btitu-
dinē ꝑ pctm̄ amisit: in xp̄o aūt fuit restituta humana na-
tura ad btitudinē aie que cōsistit in hoc q̄ supior rō diui
nitate fruebaŧ. ergo multo magis fuit restituta ad btitu
dinē corpis que minus est: τ ita etiā nec scdm corpus in
eo dolor fuit: τ sic nec in rōne supiori scdm q̄ corpi vniŧ.
¶ P̄. sicuti aia xp̄i vniŧ v̄bo: ita τ caro eius: sȝ si caro ei⁹ 8^m
esset glorificata per vnionē ad verbū nō posset in ea esse
aliqs dolor. ergo cuz superior rō sit beatificata per vnio-
nem ad v̄buz nō poterat in ea esse aliqs dolor. ¶ P̄. ſm 9^m
Aug. 12. sup gen̄. ad lr̄az gaudiū τ dolor per essentiā sunt i
aia: gaudiū aūt τ dolor sunt ɔ̄ria: cū ergo ɔtraria nō pos
sint esse in eodē scdm essentiā: vr̄ q̄ in supiori pte rōnis
nō simul poterit esse gaudiū fruitiōis τ dolor passionis.
¶ P̄. dolor seqtur ex apprehēsione nociui: gaudiū ex ap 10^m
prehēsione ɔuenientis: sed nō est possibile simul appȟen-
dere nociuū τ ɔueniēs: q2 ɔtingit vnū solū intelligere ſȝ
phm̄. ergo in rōne supiori nō potuit eē simul dolor τ gau
dium. ¶ P̄. maius posse hȝ in natura itegra rō supra sen 11^m
sualitatē q̄z in natura corrupta sensualitas supra rōnē: sȝ
in natura corrupta sensualitas trahit post se rōnez. ergo
multo forti⁹ in christo in quo nā humana fuit integra rō
trahebat post se sensualitatē: sed tota sensualitas erat pti
ceps gaudy fruitiōis qd̄ erat in rōne: ex quo videŧ q̄ ani
ma xp̄i totalr̄ erat exps doloris. ¶ P̄. maior est infirmi- 12^m
tas ɔtracta q̄z assumpta: τ silr̄ potior est vnio in ꝑsona q̄z
vnio ꝑ grām: sȝ in trib⁹ pueris q̄ habebāt ifirmitatē ɔtrā
vnio dei ꝑ grām coȝ corpa a lesiōe ignis ipassibilia fue-
nit. ḡ multo forti⁹ in xp̄o q̄ nō habuit nisi ifirmitatez as-
sumptā vnio in ꝑsona v̄bi dei: τ fruitio ipsi⁹ ɔseruauit ra
tionē imunē a dolore passionis. ¶ P̄. gaudiū fruitiōis i 13^m
supiori rōne est ꝑ hoc q̄ ad deū ɔuertiŧ: dolor aūt passio
nis ꝑ hoc q̄ ɔuertiŧ ad corp⁹: q2 simplex ad qd̄ ɔuertiŧ to
tū ɔuertiŧ. ḡ in rōne supiori xp̄i nō potuit eē sil' gaudiuȝ
fruitōis τ dolor passiōis. ¶ Sȝ dice. q̄ i xp̄o fuit duplex
stat⁹. s. viatoris τ cōprehēsoris: τ scdz hos duos status si-
potuit iesse ei gaudiū fruitiōis τ dolor passiōis. ¶ Sȝ ɔ. 14^m
duplex stat⁹ xp̄i nec aufert ɔ̄rietatē q̄ ē iter gaudiū τ do-
lorē: nec subiectū gaudy τ doloris diuersificat: ɔ̄ria aūt
nō pn̄t eē in eodē subiecto. ḡ duplex stat⁹ xp̄i nō facit q̄
sil' possit iesse ei ſȝ supiorē rōnē dolor τ gaudiū. ¶ P̄. sta 15^m
tus viatoris τ ɔprehēsoris aut sūt ɔ̄ry aut nō: si sūt ɔ̄ry. ḡ
sil' inesse xp̄o nō pn̄t: si aūt nō sunt ɔ̄ry cū ɔ̄rioȝ sint ɔ̄rie
cause videŧ q̄ duplex status nō possit eē cā ꝑ quā xp̄o sil'
insint gaudiū τ dolor que sūt ɔ̄ria. ¶ P̄. qn̄ vna potētia 16^m
intendiŧ in suo actu alia ab actu retrahiŧ. mlto ḡ fortius
qn̄ vna potētia est itēsa in vno actu retrahiŧ ipa ab alio:
sȝ in rōne supiori fuit gaudiū itēsum: ḡ ꝑ hoc oīno a dolo
re retrahebaŧ. ¶ Sed dice. q̄ dolor erat mālis respectu
gaudy. vn̄ ꝑ dolorē gaudiū nō ipediebaŧ. ¶ Sȝ ɔ. dolor 17^m
erat de passiōe corpis. gaudiuȝ erat de visiōe dei. ḡ dolor
passiōis nō erat mālis respectu gaudy fruitiōis. τ sic do-
lor τ gaudiuȝ in rōne superiori xp̄i simul eē nō potuerūt.
Sed ɔtra. ſȝ ꝑportionē cāuz ē ꝑportio effectuū: ɔ. p^m
sȝ vnio anime christi ad corp⁹ erat cā do
loris: vnio aūt ei⁹ ad diuinitatē erat cā gaudy: he autē due
vniōes nō se ipediūt. ergo in xp̄o fuit sil' dolor passiōis τ
gaudiū fruitōis. ¶ P̄. xp̄s i eodē istāti fuit ver⁹ viator τ 2^m
cōprehensor. ergo habuit ea que sunt viatoris τ cōprehē
soris: sed cōprehēsoris est de diuina fruitione iterne gau-
dere: viatoris aūt est corpales dolores sentire. ergo i xp̄o

simul fuit dolor passionis: ꝛ gaudium fruitionis.

R: **Respondeo.** Dicẽdũ ꝙ in xp̃o duo p̃dicta. s. gaudiũ fruitionis ꝛ dolor corporalis passio
nis se nullatenus ĩpedierũt. Ad cui⁹ euidẽtiã sciẽdũ ẽ ꝙ
scḋm nature ordinẽ ꝓꝑ colligãtiã viriũ aĩe in vna ẽẽntia
ꝛ aĩe ꝛ corpis in vno ẽẽ ꝯpositi: vires supiores ꝛ ĩferiores
ꝛ ẽt corpus inuicẽ in se effluũt qḋ in aliquo coꝝ supabũ-
dat. Et inde est ꝙ ex apphensiõe aĩe trãsmutat̃ corp⁹ fm
calorẽ ꝛ frigus: ꝛ qñqꝫ vsqꝫ ad sanitatẽ ꝛ egritudinẽ ꝛ vs-
qꝫ ad mortẽ. ꝯtingit eñi aliquẽ ex gaudio vel tristitia vel
amore mortẽ ĩcurrere. Et inde est ꝙ ex ipsa gloria aĩe fit
redũdantia in corp⁹ glorificandũ: vt patet per auctorita-
tẽ Aug. supra inductã: ꝛ silr est ecõuerso ꝙ transmutatio
corpis in aĩam redũdat. Aĩa eñi ꝯiũcta corpi eius cõple-
xiones imitat̃ fm amẽtiã vel docilitatẽ ꝛ alia hͬ: vt dr̃ ĩ
li. sex p̃ncipioꝝ. Silr ex virib⁹ supiorib⁹ fit redũdantia ĩ
inferiores: vt cũ ad motũ volũtatis itensum seq̃t̃ passio ĩ
sensuali appetitu: ꝛ ex intẽsa ꝯtẽplatione retrahuntur vl̃
impediunt̃ vires aĩales a suis actib⁹: ꝛ ecõuerso ex viri-
bus ĩferiorib⁹ fit redũdãtia in supiores: vt cũ ex vehemẽ-
tia passionũ in sensuali appetitu existẽtiũ obtenebratur
rõ vt iudicet quasi simplr̃ bonũ id circa qḋ hõ per passio-
nẽ afficit̃. In xp̃o aũt secus est. Nã ꝓpter diuinã virtutẽ
v̓bi: ei⁹ volũtati subiect⁹ erat ordo nãe. Vñ poterat hoc
ꝯtigere vt nõ fieret p̃dicta redũdãtia: siue ex aĩa ĩ corp⁹:
vl̃ ecõuerso: siue ex supiorib⁹ virib⁹ ĩ ĩferiores vl̃ ecõuer-
so: virtute v̓bi id faciẽte: vt ꝯprobaret̃ vitas humane nãe
quãtũ ad singulas ptes ei⁹: vt decẽter ipleret̃ quantũ ad
oĩa nr̃e repatõis ministeria. Vñ dicit Damasce. ĩ tertio li-
bro: mouebat̃ scḋz ꝯñaz nãe: v̓bo volẽte ꝛ pmittẽte dispẽ
satiue pati ꝛ opari q̃cũqꝫ ꝓpria: vt p oĩa nãe credat̃ veri-
tas. Sic ergo pꝫ ꝙ cũ in rõne supiori ẽẽt summũ gaudiũ:
inquãtũ p eius opatõez aĩa deo fruebat̃: ipꝫ gaudiũ in su
periori rõne ꝯsistebat ꝛ nõ deriuabat̃ ad ĩferiores vires
aĩe nec ad corpus: alias nullus dolor nec passio ĩ eo ẽẽ po-
tuisset. Et sic effect⁹ fruitõis nõ ꝑuenit ad ẽẽntiã aĩe iq̃-
tũ ẽ forma corpis: nec inquantũ ẽ radix inferioꝝ viriũ.
Sic eñi ꝛ ad corp⁹ ꝛ ad ĩferiores vires ꝑuenisset vt acci-
dit in beatis post resurrectiõez. Silr dolor q erat ex lesio-
ne corpis ĩ ipso corpe ꝛ ẽẽntia aĩe scḋz ꝙ ẽ forma corpis
in ĩferiorib⁹ virib⁹: nõ poterat ꝑuenire ad supiorẽ rõnez
scḋz ꝙ p actũ suũ ĩ deũ ꝯuertit̃: vt p hoc ipa cõuersio ali-
qualr̃ ipediret̃. Relinquit̃ igit̃ ꝙ supiorẽ rõnẽ attigebat
ipe dolor: inquãtũ in ẽẽ aĩe radicat̃: ꝛ erat ibi gaudiuꝫ sũ-
mũ inquantũ p actũ suũ deo fruebat̃. Et sic ipsũ gaudiuꝫ
ꝯueniebat rõni supiori p se: q p actũ ꝓpriũ: dolor aũt q̃si
per accidens: q ratione ẽẽntie anime in qua fundatur.

Ad p̃m **Ad primum** ergo dicẽdũ ꝙ sicut deus ẽ bonũ ꝛ vi-
ta aĩe: ita aĩa ẽ bonũ ꝛ vita corpis:
nõ aũt eꝫ ꝙ corp⁹ sit bonũ aĩe. passibilitas aũt ẽ qḋdã ipe
dimẽtũ vel nocumẽtũ re⁹ vnionis aĩe ad corp⁹. Et iḋ cor
pus nõ pt̃ ẽẽ beatũ suo mõ passibile existẽs: vtpote ipedi-
mentũ hñs re⁹ ꝑticipatõis sũmi boni ꝓꝑ qḋ ipassibilitas
ꝑtinet ad gl̃iam corpis. Aĩe v̓o beatitudo tota cõsistit in
fruitõe sũmi boni qḋ ẽ deus. Vñ aĩa q̃ fruit̃ deo pfecte ẽ
beata ẽt si ꝯtigat ꝙ sit passibilis ex pte illa qua corpi vni
2ᵐ tur sic accidit in xp̃o. ¶ Ad 2ᵐ dicẽdũ ꝙ lȝ ꝙ gaudiũ vehe-
mẽs expellat oẽz tristitiã ẽt nõ ꝯ̃riã ꝯtingit ex redũdan-
tia viriũ ĩ inuicẽ que ĩ xp̃o nõ fuit: vt dictũ ẽ hac rõne ex
vehemẽtia cõtẽplatõis ipsi⁹ pauli ĩferiores vires a suis
3ᵐ actib⁹ sũt abstracte. ¶ Vñ pꝫ solũ ad tertiũ. ¶ Ex hac ẽt
rõne ex opatõe aĩe ꝯtigit aliq̃ imutatio ĩ corpe. ¶ Ex q̃ pꝫ
4ᵐ solũ ad 4ᵐ. ¶ Inde ẽ ꝙ moy. siti ꝛ fame nullo mõ vel ni-
mis affligebat̃ ex ꝯtẽplatõe: q̃uis videret dꝫ ĩ subta crea
5ᵐ ꝛ 6ᵐ tura. ¶ Et sic pꝫ solũ ad 5ᵐ. ¶ Ad 6ᵐ dicẽdũ ꝙ ĩ xp̃o nulla
ꝑmixtio fcã ẽ gaudij ꝛ doloris. nã gaudiũ fuit ĩ supiori ra
tõe ex illa pte qua ẽ p̃n⁹ sui actus: sic. n. deo fruebat̃: dolor
v̓o nõ erat in ipsa nisi scḋz ꝙ lesio corpis attigebat eã vt
actũ corpis mediãte ẽẽntia in qua radicat̃: ita tñ ꝙ act⁹
rõnis supioris nullaten⁹ ipediebat̃: ꝛ sic erat ꝛ puru gau-
diũ ꝛ purus dolor: ꝛ sic vtrũqꝫ in sũmo. ¶ Ad 7ᵐ dicẽdũ ꝙ 7ᵐ
ex quadã dispẽsatõe factũ ẽ vt xp̃o a p̃n⁹ sue ꝯceptõis gl̃ia
aĩe nõ aũt corpis ꝯferret̃: vt scꝫ p gl̃iaꝫ aĩe cõiũct cũ deo: p
passibilitatẽ corpis silis ẽẽt nobis: ꝛ sic ẽẽt ꝯueniẽs me-
diator dei ꝛ hoiuꝫ ĩ gloriã nos adducẽs: ꝛ suã passionẽ ex
pte nr̃a deo offerẽs: scḋz illud hebre. 2. decebat eũ q mul
tos filios in gl̃iam adduxerat per passionem consumari.
¶ Ad 8ᵐ dicẽdũ ꝙ aĩa xp̃i fuit ꝯiũcta verbo duplr̃. vno 8ᵐ
mõ per actũ fruitionis: ꝛ hec vnio fecit eã btãꝫ. Alio mõ
per vnionẽ: ꝛ ex hac nõ habuit rõnẽ btitudinis: sꝫ ex hac
habuit ꝙ ẽẽt aĩa dei. Si aũt ponat̃ aĩam fuisse assumptã
ĩ vnitate ꝑsone sine fruitione nõ ẽẽt btã ꝓprie loquẽdo:
q nec ipse deus btũs est nisi per hoc ꝙ seipso fruit̃. Cor-
pus igit̃ christi nõ ex hoc ipso gloriosum est ꝙ est a filio
dei in vnitate ꝑsone assumptũ: sed solũ ex hoc ꝙ ex aĩa in
ipꝫ gloria descendit: qḋ qdeꝫ añ passionẽ non erat glorio
sum. ¶ Ad 9ᵐ dicẽdum ꝙ ꝯ̃traria esse in eodẽ per se est 9ᵐ
ĩpossibile. Cõtingit tñ esse ꝯ̃trarios motos in eodẽ: ita ꝙ
vnus motuũ ꝯueniat ei p se: ꝛ alius p accñs: sicut cuꝫ ali-
qs ĩ naui deambulãs fert̃ in ꝯ̃trariũ ei⁹ ad qḋ nauis mo-
uet̃. Ita in supiori rõne aĩe xp̃i erat gaudiũ p se: q p actũ
ꝓpriũ: dolor aũt p accñs: q p corpis passionẽ. vel pt̃ di-
ci ꝙ gaudiũ illud ꝛ ille dolor nõ erãt ꝯ̃traria: cũ nõ essent
de eodẽ. ¶ Ad 10ᵐ dicẽdũ ꝙ ĩtellect⁹ nõ pt̃ sil̃ multa ĩ- 10ᵐ
telligere p diuersas spẽs: pt̃ aũt per vnã spẽm simul mul
ta ĩtelligere. vel q̃litercũqꝫ alr̃ intelligere multa vt vnũ.
Et sic intellectus aĩe xp̃i ꝛ cuiuslꝫ bti multa sil̃ ĩtelligit:
inq̃tum vidẽdo ẽẽntiã diuinã alia cognoscit: dato tñ ꝙ
aĩa xp̃i nõ possit sil̃ nisi vnũ ĩtelligere: p hoc tñ nõ remo-
uet̃ quin possit simul intelligere vnũ ꝛ sentire aliud sen-
su corpali. Et ex istis duob⁹ apphensio ĩ aĩa xp̃i sequebat̃
gaudiũ fruitõis ex visiõe dei: ꝛ dolor passiõis ex sensu no
cumẽti: dato iterũ ꝙ nõ possit sil̃ ĩtelligere vnũ ꝛ sentire
vel imaginari aliḋ: ex illo tñ vno ĩtellecto posset diuersi
mode affici appetit⁹ supior ꝛ ĩferior: vt supior gauderet:
ꝛ ĩferior timeret vel doleret: sicut accidit in eo qui sperat
ex aliqua horribili medicina se assequi sanitatem. Nam
ipsa medicina vt salubris a ratione considerata generat
in voluntate gaudiũ: rõne v̓o horribilitatis sue in ĩferio-
ri appetitu timorẽ inducit. ¶ Ad 11ᵐ dicendũ ꝙ ratio il- 11ᵐ
la procedit scḋm cõmunem cursum. In christo autẽ spe-
cialiter fuit vt nõ fieret redundantia ex vna potentia in
aliam. ¶ Ad 12ᵐ dicendum: ꝙ corpus puerorũ nõ fuit fa- 12ᵐ
ctum impassibile in fornace: sed diuina virtute miracu-
lose factum est vt corpora passibilia existẽtia ab igne nõ
lederent̃: sicut fieri potuisset diuina virtute: vt neqꝫ ani-
ma xp̃i nec corpus aliq̃d pateret̃: sed quare factũ nõ fue-
rit dictum est. ¶ Ad 13ᵐ dicendum: ꝙ conuersio poten- 13ᵐ
tie ad aliquid est per actum ipsius. Et sic gaudium fuit
in superiori ratione per conuersionem ad deũ ad quẽ to-
taliter conuertebatur: dolor autem fuit in superiori rõne
scḋm inhesionem vel adherentiam: q̃ adherebat essen-
tie anime sicut sue radici. ¶ Ad 14ᵐ dicendum ꝙ stat⁹ 14ᵐ
viatoris est status imperfectionis: status autem compre-
hensoris est status perfectionis. Secũduꝫ hoc ergo chri-
stus statum viatoris habuit ꝙ corpus passibile gerebat:
ꝛ similiter animam: secundum hoc vero statum compre
hẽsoris ꝙ per actũ superioris rationis perfecte deo frue-
batur. Quod quidem esse poterat in christo ꝓpter hoc ꝙ
impediebat̃ diuina virtute redũdantia ex vno in aliũ: vt

dictum est. Et hec est cā quare gaudiū ⁊ tristitia sil' ei in/
esse poterāt. Et iō dī ꝙ fm duos stat⁹ hec duo sibi inerāt:
q2 habere duos stāt⁹ ⁊ sil' pati dolorē ⁊ gaudiū ab eadem
cā pcedebat. ℂ Ad 15ᵐ dōm. ꝙ quāuis status viatoris ⁊
cōprehensoris sint q̄si ɔ̄ry: tñ xpo sil' inesse poterāt: nō s3
idem: sed s3 diuersa. Nā stat⁹ cōprehēsoris inerat ei fm
ꝙ per fruitionē adherebat deo fm supiorē rōnē: stat⁹ vō
viatoris fm ꝙ nāli ɔiūctione aīa corpori passibili iūge/
bat̄: ⁊ supior rō ipsi aīe: vt sic status cōprehēsoris ptineat
ad actū supioris rōnis: status vero viatoris ad corp⁹ pas/
sibile: ⁊ ad ea que ad h̄ ɔsequunt̄. ℂ Ad 16ᵐ dōz. ꝙ i xpo
hoc fuit spāle rōne iaz dicta ꝙ q̄titūcūq3 intenderet̄ vna
po⁹ in suo actu: alia nō retrahebat̄ a suo actu: nec aliqua/
tenus ipediebat̄: ⁊ sic gaudiū superioris: neq3 ipediebat̄
per dolorē q erat in sensu s3 actū sensus: neq3 a dolore s3
ꝙ erat in supiori rōne: q2 iste dolor nō erat i ea fm actuz
eius: sed attingebat eā aliqualr fm ꝙ in essentia aīe erat
17° fundata. ℂ Ad 17ᵐ dōz. ꝙ sicut cognitio beata est pnci/
palr diue eēntie: ⁊ secūdario eoꝝ que in diua essentia co/
gnoscūtur: ita affectio ⁊ gaudiū beatoꝝ pncipalr ē d dō:
secūdario aūt eoꝝ de qb⁹ gaudendi de⁹ ē rō. Et sic quo/
dāmodo dolor passiōis poterat eē mālis respectu gaudij
fruitiōis. Erat. n. illud gaudiū pncipalr d deo: secūdario
de his que deo erant placita: ⁊ sic erat de dolore iquātuz
a deo acceptabat̄: vtpote ad salutē hūani gnis ordiatus.

De gratia. ⁊ h3 septē arti. p̄. vtꝝ gr̄a sit qd crea/
tuz positiue i aīa. 2°. vtꝝ gr̄a gratū fa
ciens sit idē qd charitas. 3°. vtꝝ aliq̄ creatura possit esse
cā grē. 4°. vtꝝ sacra noue legis sint grē cā. 5°. vtꝝ i hoīe
vno sit tm̄ vna gratia gratū faciēs. 6°. vtꝝ gratia sit i es/
sentia aīe: sic i sub̄a. 7°. vtꝝ gr̄a sit i sacris. Qō. XXVII.

QUestio est d gratia: ⁊ p̄mo q̄rit̄. vtꝝ
gratia sit aliqd creatū posi/
1° tiue i aīa. ℂ Et vī ꝙ nō: q2 fm Aug. sicut
aīa est vita corpis: ita de⁹ ē vita aīe: s3 aīa
est vita corpis nulla alia forma median/
te. g̃ silr de⁹ aīe: ⁊ ita vita que est per grāz
nō est p aliq̄ formā creatā i aīa existem.
2° ℂ P̄. gratia gratū faciēs de qua loqmur nihil aliud esse
videt̄ q̄3 id fm qd hō est deo gratus: sed hō dicit̄ eē deo
gratus s3 ꝙ acceptatus ē a deo: acceptatus āt dī aliqs p
dei acceptationē: que qdē ē in ipso: sicut ⁊ aliqs dicit̄ hoī
acceptus nō p aliqd qd sit i acceptato: sed per acceptatio/
nē que est i acceptāte. g̃ gratia nihil ponit i hoīe: s3 in deo
3° tātuz. ℂ P̄. per eē spūale gratie magis deo appropiqua/
mus q̄3 per eē nāle: sed eē nāle de⁹ i nobis fecit nulla alia
cā mediāte: q2 imediate nos creauit. g̃ ⁊ eē spūale gratui
4° tuz fac̄ i nobis nullo alio mediāte: ⁊ sic idē qd pus. ℂ P̄.
gratia est q̄dā aīe sanitas: sanitas āt i sano nihil aliud vi/
det̄ ponere q̄3 ipsos hūores adeq̄tos. g̃ ⁊ gratia nō ponit
aliquā formā i aīa: sed p̄supponit potētias aīe eq̄litate iu
5° stitie adeq̄tas. ℂ P̄. gratia nihil aliud eē videt̄ q̄3 q̄dā li/
beralitas: idez. n. eē videt̄ gratis dare qd liberalr dare: li
beralitas āt nō ē i accipiēte: sed in dante. g̃ ⁊ gratia ē i do
6° qui nobis sua bona dat: nō āt i nobis. ℂ P̄. nulla creatu/
ra aīa xp̄i est nobilior: gratia āt est nobilior: q2 p gratiam
7° aīa xp̄i nobilitat̄. g̃ gratia nō ē aliqd creatū i aīa. ℂ P̄.
sicut se h3 veritas ad itellctm̄: ita gratia ad affcm̄: vna est
aūt veritas s3 Ansel. quā omnes itellectus itelligunt. g̃ ⁊
vna est gratia p quā oēs affectus perficiūtur: nullū autē
8° creatū vnū pt eē i mltis. g̃ gratia nō est qd creatū. ℂ P̄.
nihil est i genere nisi ɔpositū: gratia aūt nō ē ɔposita: sed
forma simplex. ergo nō est in genere: omne autem crea/
tum est in aliquo genere: ergo gratia non est qd creatuz.
9° ℂ P̄. si gratia est aliqd in aīa non videtur esse nisi ha/
bitus: tria. n. sunt in anima fm p̄hm in. 2°. ethic. potētia:
habitus: ⁊ passio: gratia autem potentia non est: q2 sic es/
set naturalis: nec est passio: q2 sic respiceret irrationalem
partem principaliter: sed iterum non est habitus: nā ha/
bitus est qualitas difficile mobilis fm p̄hm in predica/
mentis: gratia autem facillime remouetur: q2 p. r vnum
actum peccati mortalis: ergo gratia non est aliqd in ani/
ma. ℂ P̄. fm Augu. inter animam nostram ⁊ deum ni/ 10°
hil creatum cadit medium: sed gratia inter animam no/
stram ⁊ deum medium cadit: q2 per gratiam aīa nostra
deo vnitur. ergo gratia nō est aliquid creatum. ℂ P̄. ho/ 11°
mo est alijs creaturis nobilior ⁊ perfectior: sed alijs crea
turis non apponitur aliqd supra sua naturalia ad hoc: vt
a deo acceptent̄: cum tñ a deo probata sint fm illō Gen̄.
p̄mo. Uidit deus cūcta que fecerat ⁊ erant valde bona.
ergo nec homini aliqd superadditur ad sua naturalia: s3
ꝙ dicat̄ deo acceptus: ⁊ sic gr̄a ñ ē aliqd positiue in aīa.

Sed contra. est qd dic̄ glo. sup illō ps. Ut exhila 3.p̄.
ret faciē i oleo: gr̄a est qdā nitor aīe
sanctū ɔciliās amorē: s3 nitor ē aliqd positiue i aīa: qd est
creatū. g̃ ⁊ gratia. ℂ P̄. de⁹ dī eē i sanctis p gratiā quodā 2°
mō spūali pre alijs creaturis: nō āt dicit̄ eē de⁹ nouo mō
in aliquo nisi propter aliquem effectuz. ergo gratia ē ali/
quis effectus dei in anima. ℂ P̄. Dam. dicit. ꝙ gratia ē 3°
delectatio anime: sed delectatio est aliquid creatuz i aīa:
